neque pro insipientia: neque pro fortitudine seu debilitate sua: sed laudat super  
sapientiam et cognitionem: quia dignitas homines super cetera animalia non fit nisi pro  
sapientiam et cognitionem et per cognitionem rerum que fuerunt et que future sunt.  
**E**t quibusdam interpositis dicit quod dignius rerum in homine est futurorum  
scientia. **D**ecima secta est etiam vniuersalis vulgi. **E**t isti repererunt scientiaz  
huius magisterij propter hoc quod viderunt de multitudine erroris eorum qui se

laturus es quod vulgus re-  
tenuerunt erroris cor-  
porum et scientia iudicioz  
erudunt magistros huius  
Dicit **Albumazar** quod isti non  
hunc scientieque plurimum  
et imperitiam agendo. **E**t qui  
mine huius magisterij varia-  
les viderunt quod quidam opo-  
mine huius scientie. **I**sti non  
ar re aliqua recedunt in re-  
bi congrui volentes eum le-  
cent necis quas ponit **Allo-**  
illi qui dicunt quod ista scientia  
buse sapientiam in quocumque  
tra habentur pro his. **P**  
quod est primi fundamentum  
te in libro in capitulo de natu-  
mundum postquam in ali-  
cu. **E**t vnicuique primi quod  
intrapit vici. **E**cce qualis  
et non que pertinetur  
essentia huius imobilis et in-  
e galbati exaltatione magi-  
ter et pono vniuersi quod  
sunt species astronomice  
eorum. **S**ecunda est ars  
**P**tolomeus in principio  
ma species est trapius perfe-  
a **P**tolomeo in almagesti. **C**  
ritus est vniuersi: quodam  
mentalis est vniuersi: quodam  
vniuersi: quodam vniuersi  
sunt vniuersi: quodam  
sphaera solida et similia.  
partes principales. **Q**uari-  
bus. **E**ritia de reuolom-  
norum mundis de reuol-  
**D**e istis quantis partibus  
meus autem in quadriparti-  
tatem duobus. **S**ed  
fens qui habent ille due per  
quod alige iudicioz. **S**  
quod partem vel habent  
noz quod iste prescientia  
sciam secundum libros intro-

lactant de ea: eo q̄ vulgus recipit res p̄ cognitionē apparentie. Cūq; vidis-  
 sent multitudinē erroris eorū qui se lactant de hac scientia in his que interro-  
 gantur ex scientia iudiciorum astrozum mendacem eam putātes repulerunt  
 z referunt magistros huius scientie ad insipientiā z dixerunt q̄ est scia cassa.  
 Dicit Albumazar q̄ isti non sunt culpandi in contradictione magisteriorum  
 huius scientie: quia plurimi eorū qui se lactant de ea sunt homines insipientes  
 z imperiti atq; caduci. Et quibusdam interpositis dicit q̄ isti exercent sub no-  
 mine huius magisterij varias seductiones quibus seducunt homines debi-  
 les vult dicere q̄ quidam operantur geomanticam: vel per sortilegia sub no-  
 mine huius scientie. Isti non querunt nisi lucrum. Et dicit cum isti interrogā-  
 tur de aliqua re tendunt in responsionem ad rem qua gratulatur querens: z si  
 bi congruit volentes eum lenificare causa cupiditatis sue. Nec sufficiant de de-  
 cem factis quas ponit Albumazar. C̄t̄ possēt addi vnde c̄ma secta. Et sunt  
 illi qui dicunt q̄ ista sciētia sit cōtra fidem. Quibus dico q̄ ipsi nō legerunt li-  
 bros sapientium antiquorum: quos si legissent scirent q̄ hec scientia nō est cō-  
 tra fidem: immo pro fide. Ponunt enim doctores huius sciētie mundū creatū  
 quod est primū fundamētum fidei. Dicit enim Haly Albēragel in prima par-  
 te sui libri in capitulo de natura Iouis: q̄ tempore quo deus incepit creare  
 mundum posuit Iouem in ascendente. Et Albumazar ī introductorio suo di-  
 cit. Et dicamus primū q̄ motus circuli sit a virtute prime cause. Et quibusdam  
 interpositis dicit. Ecce qualiter pertraximus creatorem z rebus apparentib⁹  
 z notis que pertinguntur sensibus q̄ sit sempiternus habens virtutem absq;  
 essentia finis immobilis z incorruptibilis altissimus sit nomen eius benedictus  
 z exaltatus exaltatione maxima. C̄ De diuisione astronomie expedio me breui-  
 ter z pono diuisionē quā ponit Albumazar in introductorio suo magno. Due  
 sunt species astronomie: quarum vna est scientia totius. s. de circulis z motib⁹  
 eorum. Secunda est ars iudiciorum astronomie. Hanc diuisionem ponit etiā  
 Ptolomeus in principio quadripartiti sui. Et Haly in commento idem. Pri-  
 ma species est trapita perfecte z cōplete quantum ad principia z conclusiones  
 a Ptolomeo in almagesti. Vel possēt prima species subdiuidi. Sciētia de mo-  
 ribus est duplex: quedam est in instrumentalis: quedam tabularis. Illa instru-  
 mentalis est duplex: quoniā quedam sunt instrumenta ad obseruandum siue  
 inuestigandum motus: sicut sunt regule Ptolomei armille z consimilia. Alia  
 sunt instrumenta pro operationibus quottidianis exercendis sicut astralabium  
 sphaera solida z similia. Secūda species. s. ars iudiciorū astrologie h̄z quatuor  
 partes p̄ncipales. Quarū prima est de interrogationib⁹. Sc̄da de natiuitati-  
 bus. Tertia de reuolutionibus annoꝝ: z hec est duplex. s. de reuolutionib⁹ an-  
 noꝝ mundi: z de reuolutionib⁹ annoꝝ natiuitatū. Quarta de electionibus.  
 De istis quattuor partib⁹ Haly Albēragel fecit vnum libꝛū completū. Ptol-  
 omeus autē in quadripartito omisit duas partes. s. de interrogationibus z ho-  
 rarum electionibus. sed Haly qui cōmentauit ipsum: excusat ipsum dicens: q̄  
 satis p̄it haberi iste due partes ex his q̄ Ptolomeus dicit ibidē: p̄ter istas sunt  
 quedā alie p̄tes iudiciorū. s. de diuisionib⁹ magnis: de imaginib⁹: de sigillis: de  
 quibus parū vel nihil habem⁹. Aduertētes autē plurimi antiquoꝝ z etiā moder-  
 noꝝ q̄ iste p̄tes essent difficiles ad itelligendū debētib⁹ primo adiscere illā  
 sciām fecerunt libros introductorios in quibus posuerunt principia z expo-

*Species Astronomie*

*11*



de confirmatione iudiciorum ubi posuit rationes ad hoc sufficientes.

**Et diuisum.** Sic ponit diuisionē libri sui. Et dicit qd diuisit eum in quinque differentias ut patet legenda literam.

**I**n nomine domini. **zodiacus.** Sinito pemo incipit tractatus. Et pot' diuidi in quinque partes que sunt quinque differentie secundum qd auctor diuidit in litera. **Prima** differentia est de eē circuli signorū essentiali z accidentalī. **Secunda** est de naturis septem planetarum. **Tertia** qd accidit septem planetis. **Quarta** de expositione terminorum siue nominū quibus videntur magistri iudiciorum. **Quinta** de proiectione partium. **Secunda** oria incipit ibi: z qz auxiliante deo. **Tertia** ibi: Nā eē planetarū. **Quarta** ibi. **Initium** horum. **Quinta** ibi: z cum notauerimus. **Prima** pars diuidit in duas qm in pma pte expedit de eē circuli signorum eēntialī. **Secundo** de eē accidentalī. **Secūda** ibi. Nā circulus figurat i omni hora. **Prima** ps potest diuidi in q̄tuor ptes. **In** pma determinat de diuisione circuli signorū z his que cōsequunt ipsaz diuisionē. **In** secūda pte determinat de dignitatibus planetarum insignis. **In** tertia de figuris signorum. **In** quarta qd habēt signa ex membris hominis z qd habent ex regionibus z plantis. **Secūda** pars incipit ibi hnt quoqz planete. **Tertia** ibi: sequunt has figure signorū. **Quarta** ibi: z vnū quodqz. **Prima** pars pot' diuidi in quinque. **In** pma parte ponit diuisionē circuli signorū. **In** secūda pte comparat ista adiuicem. **In** tertia compat ea ad q̄tuor ipa an nū: z ad q̄tuor etates: z ad q̄tuor humores. **In** quarta ponit ordinem planetarum z exponit quō accipitur in. cum dicitur planeta est in signo. **In** quinta addit quoddā de capite z cauda draconis. **Secūda** incipit ibi: z sex ex his signis sunt septentrionalia. **Tertia** ibi: vocatur illa quarta. **Quarta** ibi: oibus autē planetis. **Quinta** ibi significat et per caput z caudam. **Primo** dicit qd circulus signorū diuiditur in duodecim ptes eqles que vocātur signa z nominantur nominib' duodecim imaginū que sunt in ipso circulo signorū: que sūt aries taurus gemini zc. **Et** qdlibet signum diuidit in triginta ptes eqles que vocant gradus. **Et** quilibet gradus diuidit in sexaginta z vocātur minuta. **Et** qdlibet minutū in sexaginta z vocant: secūda z qdlibet: secūda in sexaginta z vocant tertia. z quodlibet tertū i sexaginta z vocant q̄rta: z sic vsq; i infinitum. **Circa** istam ptē pnt moueri duo dubia. **Primū** est de numero signorū. **Secundum** de ordine. **De** numero signorū disputat Albumazar dicens. **Quidā** ex his qui diuersa a nobis sensere cōtraxerunt dictis antiquorū in numero signorū. **Et** dixerunt cur p̄statis qd signa sunt duodecim nec plus nec minus. **Quibus** respondet Albumazar dicens: qd Aracis philosophus patefecit. **48** imagines que sunt i circulo. i. in octaua sphaera z earū nomina: z auctorizauerunt eius sniam omnes sapiētes antiq; z p̄cordauerūt cum eo sup hoc. **Et** duo decim ex his imaginibus sunt in circulo signorū. **Hac** de cā dixerūt qd sūt duo decim. **Aliam** cām assignat Albumazar dicens: qd philosophi iuenerunt quod omnes res que sunt z destruunt in hoc mūdo sūt cōposite ex elementis z omnī indiuiduo qd efficit ex q̄tuor elementis sunt tria: eē. s. inuium mediū z finis. **Quatuor** igit elementa multiplicata per tria faciunt duodecim: igit signa sūt duodecim. **Tertia** cā est qz per motū solis fit generatio z corruptio in reb' inferioribus z eius opus plus appet in hoc mūdo qz opus aliorū planetarū. **Et**

... quod dicitur...  
 ... in pma parte...  
 ... in secunda parte...  
 ... in tertia parte...  
 ... in quarta parte...  
 ... in quinta parte...

... 48 imagines...  
 ... tria...  
 ... dicitur...











manentia. f. virgo z gemini que sunt iuxta domos luminarū: qz mercuri° nun  
q̄ pōt elongari a sole vltra vnum signū: immo nō pōt elongari a sole secundū  
equationes tabularum alfonsi vltra. 28 gradus z. 7 minuta.

**Signa autem in quibus.** Cum glibet quinq; plane  
tarū hēat duas domos ostē  
dit que sit domus principalis cuiuslibet eorū. Dicit qz saturnus gaudet in aq̄  
rio. Jupiter i sagittario. Mars in scorpiōe. ven° in tauro. mercuri° in v̄gine.

**Ne sunt exaltationes.** Dicit qz sol exaltatur in. 19. gradu  
aristia zē. Littera plana est. Ptole  
meus assignat cām exaltationū planetarū in. 199. propositione prime partis  
quadripartiti z in. 6. sequentib°. Vult dicere qz ideo aries est exaltatio solis: qz  
dum sol intrat arietē dies incipiunt augmētari supra noctes z calor eius inci  
pit ibi apparere magis. Et libra est casus eius qz ibi icipiūt noctes augmētari  
supra dies z calor incipit ibi diminui. Et qz saturnus est oppositus soli: qz vbi  
crefcit calor minuitur frigus z ecōtrario. iō libra est exaltatio saturni. aries ve  
ro casus. Et cū luna cōiungit soli in ariete incipit lumē eius primo apparere  
in tauro: iō taurus est exaltatio lune z scorpio casus suus: qz est signūz opposi  
tum. Et qz Jupiter facit ventos septentrionales z cancer est signūz septentrio  
nale. ideo cācer est exaltatio Jouis z signū oppositū. f. capricornus est eius ca  
sus. Et qz mars est radēs per naturā z pprie cū fuerit in capricorno multo ma  
gis cōburit: qz inclinā ad partē meridie: iō capricorn° est exaltatio sua z est si  
gnum oppositūz exaltationi Jouis: z cancer est eius casus. Et qz venus natu  
raliter humectat z maxime cum est in piscib°: iō piscis est exaltatio veneris z  
signum oppositum scilicet virgo casus eius. Et qz mercurius deficcet per se z i  
hoc est contrarius veneri. ideo virgo est exaltatio sua quod est signum oppo  
situm exaltationi veneris: z piscis est casus eius. Albumazar assignat fere eas/  
dem causas licet alijs vtatur verbis: z accipit eas a Ptolemeo: ideo sufficiant  
ista de causis domozum z exaltationum.

**Triplicitates vero.** Prius dterminavit auctor de do  
mibus z exaltationib° planetaz.  
Dicit determinat de triplicitatibus. Et quia aspectus cōcomitantur tri  
plicitates: ideo determinat ex consequenti de aspectibus signozum. Et secun  
dum hoc h pars potest diuidi in duas partes. In prima determinat de tripli  
citatibus. In secunda de aspectibus ibi. secunda: dicuntur z signa se aspiciere.  
Prima pars pōt diuidi in duas. In prima facit quod dictum est. In secunda  
ostendit que sunt signa mobilia que fixa z que coia: secūda ibi: quattuor quoq;  
ex his signis. Prima pars diuiditur in. 4. partes secundum. 4. triplicitates. se  
cunda ibi. triplicitas. tertia ibi triplicitas. quarta ibi quartā vero triplicitates.  
Prima in duas. In prima determinat de ipsis triplicitatibus in generali. In  
secunda in speciali. Prima in principio. secunda ibi: aries leo z sagittarius.  
Dicit primo qz oia tria signa que sunt eiusdem nature faciunt vnā triplicitatez.  
Postea dicit qz aries leo z sagittarius faciunt primam triplicitatez: qz illa tria  
signa sunt eiusdem nature scilicet ignea: masculina: diurna: colerica: calida z  
ficca sapore amara: z hec tria signa sunt orientalia. Et ista triplicitas sicut que  
libet aliarū habet tres dominos qui vocantur domini triplicitatis. Primus  
dominus huius triplicitatis in natiuitatibus vel questionibus vel quibuscūq;

libra

*Triplicitates. Rationes*







pinquior fuerit capricorno fm ordinez signoz ab ascensionibus illius qui 16.  
 gius fuerit: z si remanserint. 60. gradus aspiciunt se aspectu sextili. Si reman-  
 serint. 90. gradus aspiciunt se aspectu quarto. Et si. 120. gradus remanserint aspi-  
 ciunt se aspectu trino. Pro aspectu autē opposito nō oportet querere ascensio-  
 nes: qz qñ duo planete opponunt in zodiaco: opponuntur z in equinoctiali.  
 Iste modus facilis est: ideo nō oportet hic multū stare. Teru<sup>o</sup> autē modus aspe-  
 ctuum z protectionis radioz est inulū difficilis maxime nō exercitans in cal-  
 culationib<sup>us</sup>. Intelligendū est pmo circa hūc modū qz plectio radioz accipit  
 fm ascensiones circuli directi qñ planeta cuius radios volumus pycere est in  
 medio celi vel in angulo terre. Et qñ est in gradu orientis: vel in gradu occidē-  
 tis accipit fm ascensiones regionis siue horzontis obliqui fm tabulas factas  
 ad illam regionē. Si autē nō fuerit planeta in aliquo quattuor hoz locorum  
 sed in locis intermedijs tunc accipiuntur mixtum. Cum igit volueris proyice-  
 re radios alicui<sup>us</sup> planete considera si planeta ille cuius radios vis pycere sit  
 in medio celi. vel in angulo terre: z tūc quere ascensiones illius gradus in cir-  
 culo directo sup qñ addas. 60. gradus si volueris radiatōne sextilē sinistram. s.  
 illā que pcedit fm ordinē signoz a loco planete. Et si adus post additionē p-  
 uenientes reduc ad gradus eqles in circulo directo fm doctrinā canonū p-  
 mi mobilis: z gradus zodiaci q puerit in illo sūt radij sexules: z sic dixi s. 60.  
 gradib<sup>us</sup> pro radiatione sextili: ita intelligas de. 90. p radiatōne qrtā: z de. 120.  
 p radiatione trina. Si aut volueris radiatōne dextrā. s. illā que pcedit a loco  
 planete versus occidentē subtrahē ab ascensionib<sup>us</sup> gradus planete. 60. gra. pro  
 radiatione sextili vel. 90. pro radiatione quarta: vel. 120. p radiatōne trina. Et  
 numerū q remanet reduc ad gradus eqles sicut prius z gradus zodiaci q exi-  
 uerit in illo sunt radij. Exemplū in radiatione sinistra pono q saturnus sit in  
 angulo medij celi in fine sexu gradus virginis ascēiones illius gradus in cir-  
 culo recto sūt. 247. gradus. 48. minuta. volo habere radiationē sextilē addam  
 ergo. 60. gradus: z puenient. 307. gradus. 48. minuta quos reducam ad gra-  
 dus equales in circulo directo: z exeunt. 10. gradus. 14. minuta. 14. secunda  
 scorpionis. ibi sunt radij sexules saturni sinistri in hoc casu. Exemplū in radia-  
 tione sextili dextra: subtrahā ab ascensionibus p̄dictis. 60. gradus: z remanēt.  
 187. gradus: z. 48. minuta. reducam ad gradus eqles in circulo directo. z exe-  
 unt. 7. gradus. 9. minuta z. 15. secunda cācri. ibi ergo in pposito sunt radij sexti-  
 les dextri saturni. Si vero planeta cuius radios vis pycere sit in gradu oriē-  
 tis quere ascensiones gradus planete p tabulā ascensionū circuli obliqui deser-  
 uientem tue regioni. Et si volueris radiationem sinistrā adde sup ascēiones  
 gradus planete. 60. gradus pro radiatōne sextili: vel. 90. p quarta radiatione:  
 vel. 120. pro trina radiatione. Exemplū in radiatōne sextili sinistra: pono q Ju-  
 piter sit in gradu orientis in fine. 10. gradus sagittarij ascēionis illius gradus  
 in orizonte obliquo sunt. 275. gradus: z. 27. minuta: z volo habere radiatōne  
 sextilem sinistrā addā sup ipsos. 60. gradus z prouenient. 335. gradus z minuta.  
 27. quos reducam ad gradus equales in circulo obliquo z exiūt. 12. gradus.  
 44. minuta. 21. secunda aquarij ibi ergo sūt radij sexules Jouis. Exemplū in  
 radiatione sextili dextra. subtrahā ab ascensionibus gradus Jouis. 60. gradus  
 z manent. 215. gradus. 27. minuta. reducam ad gradus equales z exiūt. 25. gra-  
 dus. 54. minuta. 50. secunda libere. ibi sunt radij sexules Jouis. Si vero pla-

non frigidi e facti seminat.  
 mouentur eius mo. Et  
 z alij ab mouem seminat  
 qz qdlibet signū qñ  
 q tenet terminū p̄uicū  
 qly rru signa boconi  
 sicut fuit dictū in cōm-  
 muni a se. I signū oppo-  
 nis. Et ois planeta qui  
 qñz in alto signū in cō-  
 gna. Et uocatur loquū de  
 unū aspectus in egnocia  
 bus egnocialis ubi gra-  
 z subtrahē fuerit. sicut  
 onibus circuli directi  
 p̄cipium se aspectu sex-

B

Radix  
p̄uicū  
compr

Radix  
p̄uicū

Radix  
dext

neta fuerit in gradu occidētis operaberis cū gradu opposito. faccipies ascen-  
siones nadir gradus planete in horizōte obliquo: z facies penit' eodē mō quo  
ocm̄ est. Sed postq̄ reduxeris ad gradus eq̄les loc' radioꝝ est loc' opposit' il-  
lius loci quē inuenis. Et vt clari' pateat ponā in hoc exemplū. **Dono q̄ Ju-**  
**piter** sit in gradu occidētis in fine. 10. gra. sagittarij: querā ascēsiōes. 10. gra. ge-  
minoz z inuenio. 41. gradus. 9. minuta. addā. 60. gradus p radiatiōe sextili: z  
puentunt. 101. gra. 9. minuta. reducā ad gradus eq̄les in horizōte obliquo: z  
exiūt. 2. gradus. 30. minuta. 45. secūda leonis. sunt ergo radij in opposito isti'.  
s. 2. gradu. 30. minuta. 45. secūda aquarij. **Si** aut planeta cuius radios vis pro-  
ficere nō fuerit in aliquo locoꝝ dictoꝝ tūc op̄ accipere radiatiōē mixto mō  
fm̄ pportionē distātie gradus planete inter vnū angulū z aliū. **Modus** autē  
est iste si planeta cuius radios vis p̄ficere fuerit inter medium celi z gradum  
ascendentē: accipe primo ascensionē gradus medij celi q̄s subtrahē ab ascē-  
sionibus gradus planete in circulo directo: z qd̄ remanet est distātia a medio  
celi quam serua. **Deinde** super ascensionē gradus planete in circulo directo.  
60. gradus. adde pro radiatiōe sextili vel. 90. pro radiatiōe. 4. vel. 120. p tri-  
na: z quod puenerit reduc ad gradus equales in circulo directo: z qd̄ p̄oue-  
nerit serua. z uocef radiatio circuli directi. **Deinde** quere ascensionē gradus  
planete in horizōte obliquo p tabulā regiois tue sup q̄s adde s̄lr. 60. gradus  
pro radiatiōe sextili vel. 90. pro. 4. vel. 120. pro trina: z qd̄ puenerit reduc ad  
gradus equales per tabulas tue regiois: z qd̄ exiuerit serua: z uocef radiatio  
regiois. **Deinde** vide differentiā inter radiatiōē circuli directi z radiatio-  
nem regiois: quā differentiā multiplica per distātiā gradus planete a medio  
celi z productū diuide per medietatē arcus diurni gradus planete. z pueniet  
pars pportionalis quā adde super radiatiōē circuli directi. si radiatio circu-  
li directi fuerit minor radiatiōe regiois z subtrahē ab ipsa si fuerit maior. z  
qd̄ puenerit erit locus radioꝝ. **Medietatē** autē arcus diurni gradus planete  
inuenis subtrahēdo ascēsiōes gradus planete in circulo obliquo ab ascēsiō-  
nib' ei' nadir z mediādo illud. **Possēt** etiā alio mō inuentri pars pportionalis  
diē duarū rationū. s. q̄ acciperef sexta pars diē z multiplicaref per horas di-  
stantie planete a medio celi. **Sed** hic modus est magis tediōsus q̄ primus: q̄  
oportet secundū hunc modum diuidere distātiā gradus planete a meridie  
per partes horaz gradus planete ad hoc q̄ inueniant hore distātie a meridie.  
**Consulo** primū modus. **Exemplum** in hoc pono q̄ gradus medij celi sit. 20. gra-  
dus leonis completus a saturnus sit in sexto gradu virginis completo. **Que-**  
**ram** distātiā saturni a medio celi per ascēsiōes circuli directi. **Et** inuenio  
in distātia. 15. gradus. 22. minuta. serua bo itaq̄ eam. **Deinde** subtrahā ascen-  
siones gradus saturni in circulo obliquo ab ascensionibus gradus opposi-  
ti. **Et** remanēt. 201. gradus. 20. minuta qui est totus arcus diurn' saturni quē  
diuidā per mediū. z ueniūt. 100. gradus. 40. minuta qui est medietas arcus di-  
urni saturni: serua bo itaq̄ eū. **Deinde** querā ascensionē gradus saturni in  
circulo directo z inuenio. 247. gradus. 48. minuta quibus addā. 60. gradus:  
q̄ volo radiatiōē sextilē sinistram. z puenient. 307. gradus. 48. minuta quos  
reducā ad gradus eq̄les i circulo directo: z inuenio. 10. gradus. 14. minuta. 14.  
sa. scorpiōis. z hec est radiatio circuli directi. **Deinde** querā ascēsiōes gradus  
saturni in circulo obliquo in regione cui' latitudo est. 48. gradus. **Et** inuenio.

147 gradus. 11. minuta quib<sup>9</sup> addas. 60. gradus: et pueniunt. 207. gradus. 11. mi-  
 nuta quos reducā ad gradus equales in circulo obliquo et inuenio. 19. gra-  
 dus. 52. minuta. 14. secunda libze. **U**ideo q<sup>3</sup> radiatio circuli directi est maior  
 quā radiatio regionis subtrahā minozē de maiorē in dīa. 20. grad<sup>9</sup>.  
 22. minuta quā reducā ad idē genus: et pueniunt. 1222. reducaz et distantiam  
 saturni a medio celi ad idem genus distātia fuit. 15. gradus. 22. minuta reducā  
 ad idem genus. 1920. minuta. multiplicabo dīam per distātia et proueniunt.  
 1126684. secunda. **D**einde reducā medietatē arcus diurni saturni ad idē ge-  
 nus. Medietas arcus diurni fuit. 100. gradus. 40. minuta. reducta ad idem ge-  
 nus. 6040. proueniunt minuta per que diuidā numerū qui puenit ex multi-  
 plicacione. **E**t exiunt tres gradus. 6. minuta. 32. s<sup>a</sup> quos subtrahā a radiacione  
 circuli directi: quā illa fuit maior et remanēt septē grad<sup>9</sup>. 7. minuta. 42. s<sup>a</sup> sc<sup>o</sup>  
 p<sup>o</sup>tionis. ibi sunt radij saturni sextiles sinistri in casu pposito. **S**i autē volue-  
 ris radiacionem dextrā ubi precepi addere. 60. gradus subtrahē. 60. et opera-  
 beris sicut prius. **S**i vero gradus planete cuius radios vis pycere fuerit iter  
 graduz ascēdentē et angulum terre vide longitudinē eius a gradu ascēdente  
 quā scies hoc modo. **S**ubtrahē ascensionē gradus ascēdentis in circulo obli-  
 quo ab ascēsiō<sup>9</sup> gradus planete in eodē circulo obliquo. **E**t hoc si volueris  
 radiacionem sinistrā. et q<sup>3</sup> remanserit erit distātia planete a gradu ascēdente ser-  
 uata eē. **D**einde q<sup>3</sup> medietatem arcus nocturni gradus planete quē scies hoc  
 modo: subtrahē ascensionē nadir gradus planete ab ascensionib<sup>9</sup> gradus plane-  
 te: et remanēbit totus arc<sup>9</sup> nocturnus quē media et sua medietatē. **H**is itaq<sup>3</sup> ser-  
 uatis q<sup>3</sup> ascensionē gradus planete in circulo obliquo p tabulam factā ad la-  
 titudinē tue regiōis q<sup>3</sup> adde. 60. p radiacione sextili zē. et q<sup>3</sup> puenit reduc ad  
 gradus equales in circulo obliquo et vocetur radiatio circuli obliqui. **D**ein-  
 de quere ascensionē gradus planete in circulo directo: quibus adde. 60. gra-  
 dus pro radiacione sextili et cetera: et q<sup>3</sup> puenit reduc ad gradus eqles in cir-  
 culo directo: et q<sup>3</sup> prouenerit serua et vocet radiatio circuli directi. **D**einde vi-  
 de differentia iter radiacionē regionis et circuli directi: subtrahendo minozē  
 a maiorē: quā differentia multiplicā p distātia planete a gradu ascēdente.  
**E**t pductum diuide per medietatē arcus nocturni gradus planete et exhibit p<sup>o</sup>  
 ppositiōalis quā adde cū radiacione regionis si fuerit minor radiacionē circuli  
 directi: vel subtrahē a radiacionē regiōis si illa fuerit maior radiacionē circuli  
 directi. **E**t q<sup>3</sup> post additionē vel subtractionē puenit loc<sup>9</sup> erit radioz. **E**xem-  
 plū i hoc pono q<sup>3</sup> gradus ascēdēs sit. 18. scorpionis. et Jupiter sit in. 10. sagitta  
 rj quā ascensionē grad<sup>9</sup> ascēdentis in orizōte. 48. graduū. et inuenio. 245. gra-  
 dus. 55. minuta. **D**einde queram ascensionē gradus Iouis in eodē horizonte  
 obliquo. et inuenio. 275. gradus. 2. 27. minuta: subtrahā ascensionē gradus ascē-  
 dentis ab ascensionibus gradus Iouis: et remanent. 29. gradus. 32. minuta que  
 est distātia Iouis ab ascēdente. **D**einde subtraxi ascensionē gradus oppo-  
 siti Iouis ab ascensionibus gradus iouis: et residuū mediaui: et inueni. 117. gra-  
 9. minuta q<sup>3</sup> est medietas arcus nocturni gradus iouis. **D**einde addidi ascen-  
 sionibus iouis. 60. gradus et puenerunt. 335. gradus. 27. minuta quos reduxi  
 ad gradus equales in circulo obliquo: et inueni. 12. gradus. 45. minuta aqua  
 rj. **E**t hec est radiatio regionis: seruauit itaq<sup>3</sup> eam. **D**einde quesiui ascensionē  
 gradus iouis in circulo directo: et inueni. 338. gradus. 21. minuta quibus addi-



ante angulum. Et si hec po fuerit minoz 120. gradi. sicut est quasi frequenter ca-  
dunt radij trini ultra angulum. si fuerit maior. 120. cadunt ante angulū. Si igit  
cadant radij ultra angulum subtrahat ptem radiationes equatā a. 60. gra. pro  
radiatione sextili vel a. 90. pro radiatione quarta: vel a. 120. pro radiatione tri-  
na: z qd remanserit adde super ascensiones gradus ascendentis i circulo obli-  
quo z quod prouenerit reduc ad gradus equales in circulo obliquo z gra-  
dus signi qui extierit erit locus radioz. Si sciueris istam operationē scies di-  
rigere planeta existentem in vna quadra ad locum existentem in alia quadra.  
Pūc modū nōvidi expositum nec positū aliquo libz. **C**ut planius pateat qd  
dixi ponam in hoc exemplū. Pono q gradus mediū celi sit. 10. gra. cancri z sa-  
turnus sit in quarto gradu virginis: z gradus ascēdens in orizōte obliquo in  
regione cuius latitudo est. 40. gradus sit. 7. gradus. 59. minuta libre. **Q**uestus  
ascensiones grad<sup>o</sup> mediū celi in circulo directo z inueni. 190. gra. 53. minuta.  
**D**einde questus ascensiones gradus saturni in circulo recto z inueni. 245. gra-  
dus. 55. minuta. **S**ubtraxi ascensiones mediū celi ab ascensionibus gra. saturni  
z remanserunt. 55. gradus. 2. minuta: que est distantia saturni a medio celi. **D**e-  
inde subtraxi ascensiones gradus saturni in circulo obliquo z remanserunt. 203. gra. 3. mi-  
nuta: z hic fuit arcus diurnus gradus saturni quem mediaui z inueni. 101. gra-  
dus. 31. minuta. 30. sa que est medietas arcus diurni gradus saturni **S**ubtra-  
xi ascensiones gradus saturni in circulo directo que fuerunt: 245. gra. 55. mi-  
nuta ab ascensionibus gradus ascendentis in eodem circulo directo que fue-  
runt. 277. gra. 19. minuta z remāserunt. 31. gra. 24. minuta q fuit pars radiatio-  
nis circuli directi. **D**einde subtraxi ascensiones gradus saturni in circulo ob-  
liquo q fuerūt. 144. gra. 277. minuta. ab ascēsiōib<sup>9</sup> gra. ascēdentis in eodē cir-  
culo obliquo que fuerunt. 190. gra. 53. minuta: z remanserunt. 46. gra. 26. mi-  
nuta que fuerūt pars radiationis regionis siue circuli obliqui: vidi qd pars  
radiationis circuli obliqui fuit maior parte radiationis circuli directi. **S**ub-  
traxi ergo minoruz de maiori z remāserunt 15. gradus. 2. minuta que fuit diffe-  
rentia duarū partium quā multiplicauī p distantiam saturni a medio celi z di-  
uisi p medietatem arcus diurni gra. saturni. z exiuerūt. 8. gra. 8. minuta. 59. sa  
z hec fuit pars proportionalis differentie quā addidi supra partem radiatio-  
nis circuli directi z prouenerunt. 39. gra. 32. minuta. 59. secūda. **I**sti sunt gradus  
ascensionum qui fuerunt in figura a saturno vsqz ad gradum ascendentem  
z quia fuerunt pauciores qz. 60. sciui q radij sextiles saturni in hac figura ce-  
siderunt. ultra gradum ascendentem. **S**ubtraxi ergo hos gra. a. 60. pro radia-  
tione sextili. z remanserūt. 20. gradus. 27. minuta. 1. fm: quos addidi super as-  
censiones gra. ascendentis in circulo obliquo qui fuerunt. 190. gra. 53. minū-  
ta: z prouenerunt. 211. gradus. 20. minuta quos reduxi ad gradus equales in  
circulo obliquo z inueni. 22. gra. 54. minuta. 52. secūda libz: ibi fuerunt radij  
sextiles saturni in proposito exemplo secundum hunc modum debet fieri in  
alijs angulis. **E**t hec de radiationibus sufficiant.

**H**abent etiaz quinqz planete in vno  
quoqz signo terminos. **D**u<sup>o</sup> auctor diermina-  
nit de trib<sup>9</sup> dignitatib<sup>9</sup>



**F**acies autē signorū. **H**ic determinat de quā dignitate z vltima essentiali qz hnt planete in signis q vocatur facies. Et pōt diuidi in tres partes. qm̄ i p̄ma pte ponit diuisionē z ordinationē faciez. In hā parte docet inuenire facies p numeros. In tertia parte ponit de eis tabulā. Sc̄da pars incipit. Cū ha/bueris gradus in aliquo signo. Tertia est in fine vbi ponit tabulā. Dicit q qdlibet signū diuiditur in tres partes equales q vocant tres facies z qlibet factes est ex .10. gradibus. Et incipiunt istē facies a principio arietis z pcedūt hz ordine signoz z planetaz. itaqz prima facies est martis. s. primi .10. gradus. hā facies arietis. s. .10. gradus sequētes sunt solis q succedit marti in ordine sphaerarū. tertia est veneris que succedit soli. Et prima facies tauri est mercurij que succedit veneri. Secunda lune que succedit mercurio. Tertia saturni. Et p̄ma geminorū Jouis. z sic fm̄ hunc ordinem vsqz ad finē signorum. Postea docet inuenire p numeros cuius planete sit aliqua facies. Et dicit cū habueris gradū alicuius signi z volueris scire cuius planete facies sit in illo gradu cōputa numerū signorū a principio arietis vsqz ad principiū signi propositi: z multiplica illum numerū per tres: z cuz numero producto adde facies cōpletas signi propositi: verbi gr̄a: si transierint .10. gradus cōpleti adde vnitatē. Si .20. completi adde duo. Deinde a toto numero subtrahē .7. quotiēs poteris. z qd remanserit computa a Marte secundum ordinem planetarū. z vbi numerus finitus fuerit sequens planeta est dñs faciei que sit: verbi gratia pono quod habeam .15. gradus leonis volo scire cuius facies sit. 15. gradus leonis scio q a principio arietis sunt .4. signa completa. multiplicabo ergo .4. per .3. z erunt. 12. Et scio q de leone transiit vna facies completa: ideo addam vnū z erunt. 13. facies complete a principio arietis. subtrahā inde septem z remanent .6. da bo. primam vnitatem marti. secundam soli. tertiam veneri. quartam mercurio. quintam lune. sextam saturno. Erit ergo facies sequens que non fuit completa Jouis. Postea ponit tabulam cuius opus facile est. Querēs enim nomen illius signi cuius dominū faciet queris z inuenies in directo quis sit domin⁹ prime faciei z quis secunde z quis tertie.

**Q**uia auxiliante deo. **P**ostqz auctor de terminauit de dignitatibus planetarū in signis. In ista parte determinat de fortitudinibus quas hnt in istis dignitatibus. Et pōt diuidi in duas partes: qm̄ in prima parte ostēdit quot fortitudines hēat planeta in qualibet dignitate. In hā parte cōparat istas dignitates ad res sensibiles. sc̄da est ibi: vnde qdā de hac re. **P**rima pars pōt diuidi in duas: qm̄ primo continuat se ad dicenda. s. p̄sequitur ibi: naz dñs domus. Dicit qz adiuuante deo cōpleuit de dignitatib⁹ planetarū i signis. modo vult ostēdere quot fortitudines hēat quelibet in ip̄sis dignitatibus. Postea dicit q dñs domus hz quinqz fortitudines. dñs exaltationis hz quattuor. dñs triplicitatis hēat tres. dñs termini duas dñs faciei vnā. Postea replicat illaz cōtrouerfiā de terminis. Et ponit cōparationē in dignitatibus planetarū dicens q quidā de dignitatibus planetarū fecerunt talē cōparationē q plane ta existens in sua domo est filijs viro existēt in domo atqz dñatōe sua. Et plane ta in exaltatōe sua est filijs viro in regno atqz gloria sua z patet in littera. **C** Ex ista littera pōt notari si aliquis planeta patiat magnū ifortunū i domo vel ex

altatione sua hoc est multū detestabile. sicut multū eēt detestabile si rex vincere  
tur in pprio regno suo z in fortiori loco regni sui. **30** qñ luminaria eclypsan  
in proprijs domibus vel exaltationibus suis hoc est malum signum.

**S**equuntur has figure signorum. **Prius** au  
terminauit de dignitatibus planetarum in signis z de formidibus  
quas habent in istis dignitatibus. In ista parte determinat de figuris siue for  
mis ipsoꝝ signozū hoc est ostēdit nobis que signa hñt formas humanas: z que  
hñt formas alioꝝ animalū z manet indiuisa. Dicit quod quedam signa dicū  
tur rationalia. s. illa quozum imagines sunt figurate ad imagines hominum.  
Et illa sunt gemini virgo aquarius libra z medietas prima sagittarij. z ista di  
cuntur habentia pulchras voces. Et virtus eozum est maior cū fuerint in ori  
ente. Et quedam ex signis dicuntur habentia halas scilicet gemini virgo z pi  
scis. Quedam ex eis dicuntur quadrupedia. s. sagittarius leo aries taurus z ca  
pricornus. Et eozum quedā sunt domestica. s. illa que sunt figurata secunduz fi  
guras animalium domesticozum. Et hec sunt aries taurus z capricornus. Et  
eozum virtus magis apparet cum fuerint in meridie. Virtus autem virginis  
capricorni z aqnarj magis apparet cum fuerint in septentrione. Et quedam  
ex signis videntur vitiosa z turpia z tortuosa scilicet aries taurus cancer scor  
pius z piscis. z virtus eozum magis apparet in occidente. Quedam vero sunt  
sterilia. s. gemini leo virgo. Et quedam dicuntur habentia paucos filios. s. ari  
es taurus libra sagittarius capricornus z aquarius. Et quedam ex his signis  
sunt multum luxuriosa. s. aries z taurus leo z capricornus. Et quedam dicun  
tur multum filioꝝum scilicet cancer scorpius z piscis. Et quedam ex signis  
dicuntur habentia dimidiam vocem: illa scilicet que habent vocem anima  
lium balantium rugientium z mugientium: vt aries taurus leo capricornus z  
ultima pars sagittarij. Quedam ex signis dicuntur carentia omnino voce sci  
licet illa que figurantur secundum imagines animalium carentium voce: vt  
cancer scorpio z piscis. **Daly** abenragel breuiter expedit se de formis signoꝝ  
rum dicens. Signozum alia sunt in forma hominum. Alia in forma bestiarū.  
Alia in forma bestinglorum. Alia in forma reptilū. Que sunt in forma huma  
na sunt gemini libra aquarius virgo. In forma bestiarū aries taurus capricor  
nus z sagittarij. In forma bestinglorum. i. animalium rapacium leo. In forma  
reptilium cancer scorpio z piscis.

**Q**uoniam unum quodque signorum habet  
propriam significationem. **Prius** auctor de  
terminauit de fi  
guris signozum. In ista parte ostendit nobis quid habent signa ex membris  
hominum: z ex regionibus z ex planetis. Et potest diuidi in duas partes: qñ  
in prima parte facit quod dictum est. In secunda determinat de doloribus pla  
netarum in signis. Secunda incipit ibi. Et siquidem planete significauerint  
dolorē. Prima potest diuidi in .12. partes secundum q. .12. sunt signa. Claruz  
est quod dicitur littera ex cepto q. nomia regionū nō sunt nobis nota. **Nota**  
dum est hic quod **Ptolemeus** diuidit totā terrā habitabilem in quatuor par  
tes. Et secundum diuisionē **Ptolemei** imaginari potest vna linea transiens

ab oriente in occidēte per mediū habitatiōis ita qđ ista linea diuidat partes  
 meridionalem a septentrionali. Et dicit **Daly** z ista linea distat ab equinoctia-  
 li per .36. gradus. z secundū hanc diuisionem distat ab vltima habitatiōe in  
 septentrione per .30. gradus vel circa: ita quod tota latitudo contineat .66. gra-  
 dus. Et tanta est distantia equinoctialis vsq; ad circulū arcticuz: immo est .66.  
 gradus. 26. minuta: z .30. scđa. Ideo dicit **Daly** vel circa. Et dicit quod infine  
 istius linee versus occidentem est passagiū herculis. Et hoc est vnde transiur  
 in hispaniam z est mare ibi strictuz quod existens in vno lutoze potest videre  
 existentē in alio. Et sunt ibi tres insule qru vnā vidēt trāseuntes in hispaniā p  
 terrā occidentis. Et stat in ea idolū tenens in manu clauēs ad demonstrandū  
 qđ vltra locum illū nō sit habitatio. Et in qualibet duarum aliarū insularū stat  
 idolū fm eundē modū. Et in parte orientali in fine linee pdicte stant idola eo-  
 dem modo tenentia clauēs z demonstrantia quod non sit vltra illum locū ha-  
 bitatio versus orientes. Dicit **Daly** qđ **Hercules** posuit ista idola in signum qđ  
 ipse acquisiuerat totū mundum. Longitudo linee predicte scđm qđ dicit **Daly**  
 est .180. gradū. Ad visū fm sententiā **Stolemet** imaginet ista linea diuidi p  
 mediū ita qđ remaneant .90. gradus versus orientē: z aliū .90. versus occiden-  
 tem. Et imaginetur transire vna linea per polos mundi per mediū diuisionis  
 linee supradicte ita videlicet qđ transeat per mediū terre habitabilis scđz la-  
 titudinem. Prima autē linea dicebatur transire per mediū terre habitabilis  
 fm longitudinē. Patet itaq; qđ due linee supradicte que diuidunt totam terrā  
 habitabile in quattuor partes contigunt in loco intersectionis linearū qui est  
 punctus in medio terre habitabilis. Hac diuisione intellecta facile est videre  
 inias. **Stolemet** in partitione signoz z terrarū. Dicit itaq; **Stoleme** qđ hec  
 tria signa aries leo z sagittarius que faciunt primā triplicitatē ptinet ad qrtaz  
 partē terre habitabilis que est inter septentrionē z occidens. z illā qrtā gubernat  
**Jupiter** eo qđ est septentrionalis: z **Mars** hz participationē cū eo: qđ ptinet ad  
 partes occidentalē. Et tria signa triplicitatis scđe. s. taurus virgo capricornus  
 pertinent ad partē que est inter meridiē z oriens z gubernat ipsam **venus**: qđ  
 est meridionalis. z hz participationē cū ea **saturnus** qm ad partē orientālē per-  
 tinet. Et tria signa triplicitatis tertie. s. gemini libra z aquarius ptinet ad partē  
 que est inter oriens z septentrionē: z gubernat ipsam **saturnus** eo qđ pertinet ad  
 oriens z hz participationē cū eo **Jupiter** eo qđ pertinet ad septentrionem. Et  
 tria signa triplicitatis quarte. s. cancer scorpio z piscis pertinent ad partes que  
 est inter meridiē z occidens. z gubernat ipsaz **Mars**: qđ pertinet ad occidens.  
 z hz participationē cū eo **venus**. Ex predictis poterit quilibet cōiecturare ad  
 quod signum pertineat quilibet terra. Sciet enim per longitudinem z latitu-  
 dinē regionis de qua quarta sit. Verbi gratia: oīs terra cui latitudo est maior.  
 36. gradibus. z longitudo eius ab occidēte min<sup>9</sup>. 90. gradib<sup>9</sup> fuerit est de quar-  
 ta septentrionali occidentali z sic de alijs suo modo. Cognita igitur quarta in  
 qua est terra tua scis quod vnum signum ex tribus signis triplicitatis illius  
 quarte respicit illā terrā. z poteris scire quod ex illis tribus respiciat eaz p mo-  
 res z cōsuetudines hoīuz habitantiū in ea. Verbi gra: scis qđ terra christiano  
 ruz est in parte septentrionali occidentali scio qđ aries leo z sagittarius dñatur  
 sup ipsam. Et si velim scire supra qđ ptē eius dñat qđlibet istorū signorū respi-  
 cio ad mores z cōditiones hōiū cū qbus signis magnis concordant. Cōstat

*M  
F  
M  
M  
M*

*II*

*gnomni habet  
nem  
id habet signa  
est vni in vna  
meridione de  
tem plane  
dum qđ: sunt  
obstant nobis  
subtiliter in  
potest vna in*



rubens albo cumixtus: oculi eius commixti. pectus rectum: z crura sua patie  
 tur morbum in parte superiori: z erit cognitus in ter gentes: z simplex imixtus  
 qz confozio regum. Qui natus fuerit sub secunda facie erit pulchre: pectus  
 eius erit latum: testiculi z crura gratilia: eritqz honoratus inter familiam eius  
 ac alti cordis. Natus autem sub tertia facie erit aliquantulum brevis stature  
 eritqz color eius albus roseo permixtus: eius vox vehemens amans mulie  
 res: z habebit plenitudinē amicorū z morbos plures sustinebit. Qui nat<sup>o</sup> fue  
 rit sub prima facie virginitas erit decentis stature: erit corpus ei<sup>9</sup> erectum z pul  
 chru: z erit sciēs z ac<sup>o</sup>: eius capilli scripti: z erit diligēs iusticiā: eius vox vehe  
 mens: sterilis existēt: anima ei<sup>9</sup> bona: facies pulchra: eritqz scriba z bene doc  
 tus. Qui aut natus fuerit sub secunda facie erit pulchre apparēt: oculi ei<sup>9</sup> par  
 vi. natus eius pulchre: eritqz disciplinabilis z simplex preuoluntarius corde  
 diliget laudari. Natus sub tertia facie erit pulcher aspectu pceptibilis discipli  
 ne: veri sensus ac simplex z sapiens. Qui natus fuerit sub pma facie Libre: erit  
 pulchre facie: z in ei<sup>9</sup> capite vulnera ferūt: eritqz laborator z simplex ac discipli  
 nabilis. Nat<sup>o</sup> sub secunda facie erit pulchri vultus z in erit ei impedimētū in ocu  
 lis: estqz corde preuoluntarius. Natus sub tertia facie erit pulcher z erit cogni  
 tus z honorat<sup>o</sup> iter gentes ipius. Et qui fuerit natus sub sine signi huius erit  
 nullius sexus aut viri usqz. Qui fuerit nat<sup>o</sup> sub pma facie scorpionis parū pul  
 cher existet: z habebit signū in capite: z pect<sup>o</sup> eius erit latū. Et habebit signum  
 in pede sinistro vel in manu dextera estqz hō castigatiōis bonaqz discretione  
 plen<sup>o</sup> ac in loquela festinus. Natus sub secunda facie caput ei<sup>9</sup> erit magnum:  
 existetqz modice pulchre figure: z habebit signum in genu z dorso: z erit hō  
 discipline verba sua multiplicans. Qui natus fuerit sub tertia facie erit brevis  
 stature oculis eius cōtozu appetēs comedere amās mulieres. Qui aut natus  
 fuerit sub sine huius signi aut erit nullius aut viri usqz: sexus. Qui natus fue  
 rit sub pma facie sagitarij erit pulcher ipsecter: decorus aspectu recte stature:  
 diligens bonū: regibus ac magnatib<sup>9</sup> se cōmiscēs. Nat<sup>o</sup> sub secunda facie corp<sup>o</sup>  
 habebit cōdecēa facies in eius crocea supercilia cōpressa z hēbit signum in pe  
 ctore. Nat<sup>o</sup> sub tertia facie erit longus: pulcher facie: oculi eius vi murlegi:  
 pect<sup>o</sup> latū: z habebit signū in sinistro crure. Qui sub pma facie capricorni nat<sup>o</sup>  
 fuerit erit corpus suum condecēs: pectus latū: z hēbit signū nigrum in cubito  
 erit astutus disciplinabilis simplex z pvoluntari<sup>9</sup>. Natus sub secunda erit pul  
 cher: hēbit nares longas: oculi ei<sup>9</sup> pulchri: volūtas ei<sup>9</sup> mala z iracūdius: est  
 hō sciēte. Natus sub tertia facie erit pulcher corpore: ei<sup>9</sup> in facies citrina: z  
 in eius brachio sinistro erit nota vel in ipsius genu: festinus in iras: despiciēs  
 milū vel pugnās pro malo: diligēs mulieres: hō discipline diligētqz sodales  
 Qui aut natus fuerit in sine huius signi erit filius adulterin<sup>9</sup> z oīno huic iest  
 signo minime in mulierum natiuitatib<sup>9</sup> valere. Qui aut natus fuerit sub pma  
 facie aquarij erit corpore z facie fozmofus: z hēbit in pectore aut pede sinistro  
 signum: eritqz hō disciplinabilis z sodales diligens. Natus sub secunda facie  
 erit longus: facies eius erit rubea: z signum habebit i dorso z sub eius cubito  
 eritqz oibus diebus suis in dolore. Natus sub tertia facie corpore pulcher:  
 statura breuis: facie roseus: z habebit signū sub cubitis: z erit mulierū amatoz.  
 Et qui sub sine huius signi natus fuerit diuersificatus erit in eius figura atqz  
 in omnibus suis operibus. Qui autē sub pma facie pisciū originē traxerit: coz

mp

z

mp

z

z

z

z

pus eius erit album: et facies similiter: pectus eius latum: barba pulchra: frons  
preclara: oculi eius magis nigri quam albi. Et forte aliquod membrum sibi defi-  
ciet: diligit dormire: eritque gulosus et ebriosus: et habebit signum sub cubito vel  
in pede. Natus vero sub secunda facie erit brevis stature, decorus aspectu: bar-  
ba nigra: pilosus: et erit ambulans in duritia cum filiis hominum. Natus sub  
tertia facie piscium erit aspectu preclarus: oculi eius pulchri: eritque morbosus:

**¶** Si quidem planetæ. Prius auctor ostendit qualiter  
signa respiciunt membra huma-  
ni corporis. In ista parte ostendit nobis qualiter planetæ respiciunt  
membra corporis humani in ipsis signis. Et potest hic pars diuidi in .12. par-  
tes secundum .12. signa. ubi partes incipiunt patet. Prima pars diuidi potest  
in duas: quoniam primo proponit. Secundo prosequitur ibi: in ariete. Dicit  
primo quod si aliquis planeta significauerit aliquam infirmitatem siue debilita-  
tem in corpore humano habebit in quolibet signo membrum proprium in  
quo erit illa infirmitas. Et quia ita est conuenit tractare de doloribus planetarum  
in signis. Et incipit ab ariete procedendo secundum successionem signorum et planeta-  
rum. Quod dicit auctor planum est in litera. Ad euentiam unius partis pono unum  
exemplum: Nono quod in aliqua natiuitate saturnus significauerit nato debili-  
tatem alicuius membri et sit saturnus in ariete. Dico quod illa debilitas vel infirmi-  
tas erit in pectore. Et si saturnus sit in tauro erit illa infirmitas in ventre et sic intel-  
ligas de ceteris signis. Nono et quod mars in natiuitate intelligas de reuolutio-  
ne annorum. natiuitatis significauerit vulnerationem et sit mars in ariete erit vulnus  
in capite. Si in tauro erit vulnus in collo: et sic de ceteris signis et planetis in-  
telligas. Ptolemeus vult quod membra in quibus cadunt morbi et impedimenta ac-  
cipiuntur a figura celi in hora natiuitatis vel reuolutionis. Dicit enim in .74.  
propositione centiloquii cum fuerit mars in ascendente alicuius natiuitatis erit  
cicatrix in facie vel capite nati. Dicit enim Naly quod caput est ascendens et  
secundum hoc collum est secunde domus. brachia tertie domus et sic secundum ordinem  
domorum secundum quod dictum fuit de signis. De hac materia diffusius loqui-  
tur domino concedente in capitulo sexte domus.

**¶** Sunt quoque in uno quoque signo. In ista  
parte au-  
tor determinat de quibusdam specialibus proprietatibus planetarum  
que sunt in diuersis gradibus circuli signorum et sunt sex. sunt enim ibi quidam  
gradus masculini et quidam feminini. Et sunt ibi quidam gradus lucidi et qui-  
dam tenebrosi. Etiam sunt ibi quidam gradus qui dicuntur putei. Et sunt ibi  
quidam gradus qui dicuntur azemena. Et sunt ibi quidam gradus qui di-  
cuntur augmentantes fortunam. Et sunt ibi quidam gradus qui dicuntur con-  
fortes. Et secundum hoc ista pars potest diuidi in sex partes: quoniam in prima  
parte enumerat gradus masculinos et femininos. In secunda parte enumerat  
gradus lucidos et tenebrosos et fumosos. In tertia parte enumerat gradus  
qui dicuntur putei. In quarta parte enumerat gradus qui dicuntur azemena.  
In quinta parte enumerat gradus qui dicuntur augmentantes fortunam et  
gradus sublimitatis. In sexta parte enumerat gradus qui dicuntur confortes.  
¶ Prima pars incipit in principio. Secunda incipit ibi: et in uno quoque ho

*Debita  
tas pla  
netarum*

 tur etiam quādo sunt in cōiunctione solis: vel in opposito solis: vel in aspectu  
 eius quarto. Etiam infortunantur quādo sunt in capitibus suorum genzhar  
 idest in interfectionibus deferentiū eorum cū egyptica siue in capite vel cau  
 da draconis eorum: vel ppe hec loca per .12. gradus vel infra maxime si in his  
 locis luna fuerit impedita ab eis: vel sol scilicet vt luna: vel sol iungatur eis in  
 his locis vel aspiciat eos aspectu inimico. Ratio autē quare ifortunant in his  
 locis est quia possunt ibi eclipsari. Infortunant etiā quādo distant a sole per  
 quattuor gradus ante vel retro. Et quādo fuerint inter corpa vel radios duo  
 rum malorum: ita qđ seperent ab vno malo corpore vel aspectu & iungantur  
 alteri malo: aut fuerit malus: vel radij eius in signo quod est ante eum & alter  
 malus vel radij eius in signo quod est post eum. tunc enim dicitur obsessus.  
 Verbi gratia: pono qđ iupiter sit in vrgine & in .11. gradu: & mars vel radij mar  
 tis sint in .10. gradu eiusdē & saturnus vel mars sint in .12. gra. eiusdē in hoc ca  
 su iupiter diceretur obsessus a duabus infortunis. Eodē mō dicit de signis qđ  
 sunt obsessa qñ vnus malus est in eius principio & alter in eius fine. Sed qñ sol  
 vel fortuna aspiciat planetā vel signū obsessum aspectu sextile: vel tertio ita qđ sit  
 aspectus ad .7. gradus prope vel infra: tunc per talem aspectū soluit obsessio.  
 Infortunantur et quādo sunt retrogradi vel combusti aut cadentes ab angu  
 lis. Et debilitant qñ sunt tardi cursus quod vadant min<sup>o</sup> medio motu eorum.  
 Et qñ sunt in statione pma euntes ad retrogradationem: aut qđ sint in gradib<sup>o</sup>  
 tenebrosis: aut planete masculini in signis vel gradibus femininis: & in die sub  
 terra & in nocte super terram: aut feminini in signis masculinis & in gradibus  
 masculinis & in die super terram & in nocte sub terra. Hoc .n. est contrariū ha  
 bitim idest similitudini eorum. Et debilitantur siue infortunant qñ sunt in locis  
 oppositis dignitatū suar: aut qđ sint in latitudine meridiana ab egyptica ma  
 xime si fuerint descēdētes in eadē latitudine: aut sint in via combusta. s. a medie  
 tate libre vsq; ad medium scorpionis: aut sint iuncti planete retrogrado: aut ca  
 denti: aut quod non sint recepti. Et tres superiores. s. saturnus iupiter & mars  
 debilitantur cum fuerint occidentales a sole: aut in quartis femininis: & sol  
 debilitatur in signis & in quartis femininis: nisi fuerit in nona domo: qđ in il  
 la gaudet. Tres inferiores scilicet venus mercuri<sup>o</sup> & luna debilitant in signis  
 & in quartis masculinis. Et dicit de planetis quod sunt quidā eorū se inuicē  
 diligentes. Dicit quod quidam planete diligunt se inuicem: & quidam habent  
 se odio: & patet in littera: & sic completa est expositio tertie differētie alchabicij  
 introductorij ad iudicium.

*Expono nomina huius libri:*

**O**fferentia quarta in expositione no  
 minum astrologicorum.

Completis tribus dif  
 ferentijs huius libri  
 in quibus auctor determinauit de esse circuli signorum essentiali & accidentali  
 in prima differentia: & de naturis septem planetarum in secunda differentia:  
 & de his que accidunt septē planetis in semetipsis: & ad inuicem. s. in tertia dif  
 ferentia. Sequitur quarta differentia in qua exponit nomina quibus vnus /

tur magistri iudicioꝝ z docet ea applicare ad opus. Et p̄t tota illa d̄ia diuidi  
 in .16. partes s̄m .16. capitula q̄ ponit in ea. In primo capitulo loquit de cōiun  
 ctionibus magnis cōnumerando eas. In s̄o capitulo docet inuestigare gradū  
 ascendēte alicuius natiuitatis. In tertio capitulo docet eligere locū vite in na  
 tiuitatibus. In quarto caplo docet eligere datore annoꝝ vite in natiuitatibus.  
 In .5. docet eligere planetā d̄iatore natiuitatis q̄ p̄ceit nato post hylech z alco  
 epodē. In .6. iractat de profectu annoꝝ natiuitatis z mundi. In .7. c. docet diri  
 gere significatoꝝ quelibet ad quelibet locū circuli. In .8. docet dirigere gradū  
 ascendēte in natiuitatibus. In .9. docet inuenire duodenarias planetaz z do  
 morū. In .10. docet inuenire nošenarias. In .11. docet inuenire decanū. In .12.  
 docet inuenire dñz orbis siue hore. In .13. docet inuenire annos frigidarie in  
 natiuitatibus. In .14. docet cognoscere quis planetaz eleuatur sup alterū. In .  
 15. docet inuenire qñ sit apertio portarū. In .16. loquit de horis fortunatis z in  
 fortunatis: vbi partes incipiāt patebit in p̄cessu. In primo ergo. c. loquit gene  
 raliter de magnis cōiunctionib⁹ z dicit q̄ p̄iunctiōes magne s̄nt res significan  
 tes distructiōes siue mutatiōes q̄ fiunt in hoc seculo: z sunt .6. in nūero. **C**ū  
 ma maior oib⁹ cōiunctionib⁹ est cōiunctio iouis z saturni in p̄n<sup>m</sup> artetis z hoc  
 fit in .960. annis semel. **S**c̄da p̄iunctio est mutatio iunctiōis iouis z saturni  
 de vna triplicitate ad aliā z hoc fit in 240. annis semel. Et qñ venit cōiunctio  
 eorū ad aliq̄ triplicitatē anteq̄ exeat illā duodecies cōiunguntur. Verbi gra  
 tia: cōiunctio iouis z saturni nunc est in triplicitate aerea z incipit in signo ge  
 minorū anno dñi .1325. ab illo tpe in .20. annis. Anno dñi 1345. cōiungent in  
 aquario z ab illo in .20. annis coniungentur in libra z postea in geminis: z ita  
 s̄m hunc ordinē donec in his tribus signis duodecies cōiungantur z si multi  
 plicaueris .20. per .12. inueniēs .240. annos post quos coniunctio mutabit se  
 z intrabit triplicitatē aquaticā z stabit ibi s̄m per .240. annos z sic de alijs tri  
 plicitatibus intelligas: z intelligas q̄ sicut dicit q̄ coniunctio maxima reuertit  
 tur in .960. annis ad principiū artetis. i. ad triplicitatē igneā: ita coniunctio in  
 trans p̄n<sup>m</sup> alicuius alterius triplicitatis nō reuertitur ad principiū eiusdē nisi  
 post .960. annos stabit igitur vt supra dēsi est in qualibet triplicitate. 240. an  
 nis triplicitates sunt quattuor: multiplica igitur .240. per quattuor: z iuentēs.  
 960. annos. **T**ertia cōiunctio est martis z saturni in cancro in q̄buslibet 30. an  
 nis. **Q**uarta cōiunctio est iouis z saturni quocūq̄ signo fuerit: z hoc fit in .20.  
 annis semel. **Q**uinta cōiunctio est introitus magni luminarias in primū minu  
 tū equinoxij vernalis. i. arietis. **S**exta cōiunctio est solis z lune z eorū opposi  
 tio. Et qñ dicitur ascendens cōiunctiōis magne intelligitur de ascendente. s.  
 introitus solis in arietē in illo anno in quo d̄z fieri illa coniunctio. Verbi gra:  
 coniunctio iouis z saturni fuit in geminis anno dñi .1325. Et ascendens introi  
 tus solis in arietē in illo anno fuit taurus. 20. gradus: taurus ergo est ascendens  
 illius cōiunctiōis. **S**ite cōiunctiōes que dicte sunt vocantur coniunctiōes  
 magne. **A**lie multe sunt cōiunctiōes in planetis quarū numerus est .120. s̄m  
 Ptolemeū in .50. propositiōe centuloquij. Dicit enīz ibi. nō obliuiscaris esse.  
 120. coniunctiōes que s̄nt i stellis erraticis. In illis enim est maior sc̄ia eorū  
 que sunt in hoc mundo suscipienti incrementū z decrementū. **D**aly: vbi in cō  
 mento numerat eas: z dicit qd̄ quedā sunt cōiunctiōes binarie z quedā trina

... in hoc capitulo saturnus  
 ... oppositio iouis saturni  
 ... in capitulo saturni  
 ... vel infra maxime in  
 luna vel solis  
 ... quare dicitur in  
 ... quando dicitur a sole per  
 ... cetera vel radios suo  
 ... vel aspectu z iunguntur  
 ... quod est eum cum alter  
 ... enim dicitur obiectus.  
 ... ad: mars vel iudicium  
 ... .12. gradus in hoc ca  
 ... dicitur de signis q̄  
 ... in eius s̄m. **S**c̄d qñ sol  
 ... vel tertio ita qñ  
 ... solis obiectio.  
 ... aut cadentes ab angu  
 ... medio motu eorum.  
 ... qñ s̄nt in gradib⁹  
 ... s̄m in die sub  
 ... masculinis z in gradibus  
 ... in gradibus  
 ... est contra ariū  
 ... qñ s̄nt in loca  
 ... ab ecliptica ma  
 ... combusta. **L**a medie  
 ... retrogradant ca  
 ... iupiter z mars  
 ... femininis: sol  
 ... homoꝝ in il  
 ... debilitant in signis  
 ... qñ d̄z eorū feminis  
 ... eadem habent  
 ... differēte aliquid  
 ... habet  
 ... ditione no  
 ... completi tribus dif  
 ... ferentis huius libel  
 ... essentiali z accidental  
 ... in secunda differētia  
 ... dimicem. **I**n tertia d̄  
 ... nomina quibus vnu

1  
 2  
 3  
 4  
 5  
 6  
 7  
 8  
 9  
 10  
 11  
 12  
 13  
 14  
 15  
 16

rie quedam quaternarie quedam quinarie quedam senarie quedam septenarie. **B**inaria autem coniunctio est quoniam duo planete in coniunguntur: et hoc potest 21. modis variari. **T**ernaria coniunctio est quoniam coniunguntur tres planete et hoc potest variari triginta quinque modis. **Q**uaternaria coniunctio est quoniam coniunguntur quatuor planete: et hoc potest variari similiter 35. modis. **Q**uinaria coniunctio est quando coniunguntur quinque planete: et hoc potest variari 21. modis. **S**enaria coniunctio est quando coniunguntur sex planete: et hoc potest variari 7. modis. **S**eptenaria non est nisi una scilicet coniunctio omnium septem planetarum. **E**t si computaueris seu addideris hos numeros predictos ad inuicem inuenies 120. **Q**ui volunt singulas numerare inuenient eas numeratas in commento propositionis preallegate. *Ammodar*

**Q**uod **L**ex hoc animodar quod est. <sup>capitulum</sup> **I**n hoc lo auctor docet inuestigare gradum ascendentem alicuius natiuitatis supposito quod sciatur signum ascendens et ignozetur gradus: et hoc docet secundum sententiam **P**tolemei non secundum propriam intentionem. **D**icit enim **P**tolemeus in 34. propositione centiloquii **A**lmusteli super locum coniunctionis vel preuentiois est in consimili gradu anguli ex angulis omnis natiuitatis humane que fuerit in illa coniunctione vel preuentioe. **E**t omnis gradus qui non est similis gradui almutem super locum coniunctionis vel preuentiois non est angulus alicuius natiuitatis humane. **S**ententia littere talis est cum volueris inuenire gradum ascendentem natiuitatis alicuius considera coniunctionem solis et lune que precessit natiuitatem vel oppositionem si precessit opposito. **S**i precessit coniunctio natiuitas dicitur coniunctionalis: si precessit opposito siue preuentio quod idem est natiuitas vocatur preuentioalis. **S**i natiuitas fuerit coniunctionalis considera gradum in quo coniunguntur luminaria. scilicet gradus zodiaci in quo fuit coniunctio precedens illam natiuitatem. et vide quis planetarum sit fortior in gradu per multitudinem testimoniorum ille enim est almutem super locum coniunctionis. **E**qua ergo eum ad horam natiuitatis quo equato constitue ascendens ad horam natiuitatis secundum estimationem ita tamen quod si certus de signo ascendente. **S**i enim deficeret in signo hec regula non valeret tibi. **H**abito igitur signo ascendente hora natiuitatis: considera utrum locus planete quem equasti tali dispoite stante sit propinquior gradui ascendenti vel gradui decime domus et cui eorum fuerit propinquior hunc angulum facies similis gradui planete. hoc est: pone tot gradus signi existetis in angulo quot gradus pertransiuit planeta de signo in quo est. **E**t ut euidenter pateat sententia littere. pono in hoc exemplum. **P**ono quod in hora natiuitatis alicuius ascendens fuit libra sed nescio quis gradus eius: et pono quod natiuitas fuit coniunctio nalis et coniunctio precedens eam fuit in 6. gradu aquarii video quod saturnus est fortior in illo gradu: ergo equabo saturnum ad horam natiuitatis et ponatur quod inueniam eum in 20. gradu virginis video quod saturnus in hoc casu est propinquior ascendenti quam medio celi secundum ascendens estimationem: factus ergo angulum ascendens ad similitudinem gradus saturni. hoc est ponatur vigesimum gradum libe in ascendente et si fuisset propinquior medio celi fecissem angulum medij celi vigesimum gradum signi ibidem existentis. **S**i au

tem natiuitas preuentionalis fuerit operaberis per gradum oppositionis sicut nunc tibi dixi de gradu coniunctionis id est considerabis planetam hñtem plures fortitudines in gradu oppositionis. Sed dubium est de gradu preuentio- nis cum in preuentione siue oppositione sol sit in vno gradu z luna in opposi- to quem ergo gradū accipiemus pro gradu preuentiois vtrum gradū solis vel gradū lune. Dicit auctor s'm intentionem Ptolemei q' gradū illius lumi- naris accipere debemus qd fuerit super terram. Sed adhuc restat dubiū. No- natur q' vnum luminare sit in ortu reliquū in occasu z sic neutrum erit super ter- ram nec sub terra. Dicit auctor q' quidā sapiens dixerunt q' debemus operari per gradū illius luminaris qd fuerit in orientem. Deinde dicit auctor q' Pto- lemeus dixit si plures planete conuenirent in dño loci coniunctionis vel preuen- tionis: scilicet q' duo planete vel tres in loco illo haberent equales fortitudi- nes videlicet q' vnus haberet ibi tot fortitudines quot alter: tunc debemus accipere illū qui fuerit in suo haim: z si quilibet eorum fuerit in suo haim tunc debemus accipere illum qui citius deberet mutari ad melius esse. i. illuz qui ci- tius intrabit signum in quo habet plures fortitudines qz in illo signo in quo est. Et si fuerint orientales a sole eligas euz qui fuerit z soli propinquior: dum modo nō sit cōbustus. **C**uxta istā partē notandū est q' alter est modus inuesti- gandi gradum ascēdēntis natiuitatis z ille modus accipitur a s'nia Ptolemei in .51. ppōne cēiloquiū vbi dicit. Locus lune in natiuitate est ipse gradus ascē- dens de circulo in hora casus spmatis in matricem z locus lune hora casus spmatis est gradus ascēdens hora natiuitatis. Est etiam inuelligendum ad cui- dentiam dicendorum q' moze infantum in vteris matrum nō sunt equales se- cundum q' dicit **H**aly in commēto propositiōis tam allegate. **M**oze autē sunt distincte in .3. scilicet maiorem mozam z in mediam z in minorem. **M**inor au- tem moza cōtinet. 258. dies. **M**edia moza continet. 273. **M**aior moza cōtinet. 288. dies. Et differētia inter maiorem z minorem sunt. 30. dies. **I**stud est intel- ligendum de his que nascuntur secūdum cursum naturalem. **D**e abortiuis au- tem z de his qui nascuntur in septimo mense hec regula non tenet. **Q**uantitas autem moze infantis in vtero accipitur a loco lune in figura hora natiuitatis. **S**i enim in hora natiuitatis luna fuerit in principio septime domus super ter- ram: scilicet supra orizontem occidentalem tunc infans fuit in vtero matris per mozam minorem: scilicet per. 258. dies. **E**t si luna fuerit in hora natiuitatis in gra- du ascendente tunc infans fuit in vtero per mozā mediā. s. per. 273. dies. **E**t si luna fuerit hora natiuitatis in gradu qui est ante gradū occidētis tunc infans fuit in vtero per mozam maiorem. s. 288. dies. **E**t nota q' cuz luna in natiui- tate est in parte occidentali prope orizontem si astronomus credit eam esse su- per terram quādo est sub terra vel e contra errabit in hora conceptionis per. 30. dies. **S**i vero luna fuerit super terraz elongata ab occidente id est inter ori- ens z occidens moza in vtero est maior minori moza z minor media. **D**ico q' est maior minori moza secundum quantitatem elongationis lune ab occiden- te. **E**t si luna fuerit sub terra elongata ab ascēdēte moza in vtero est maior me- dia z minor maiori z est maior media secundū quantitatem elongationis ab ascendente. **C**ū scdm hanc viam volueris gradū ascēdēntis natiuitatis alicuius inuestigare constitue ascēdens ad horam natiuitatis s'm estimationē pro



rum predictozum hinc modis dictum ipsa erit hylech. Et si ipsa non fuerit apta aspi-  
 ciemus ad solem qui si fuerit ante gradum septime domus per .5. gradus vel in-  
 fra: scilicet sub terra aut fuerit i .4. vel .5. domo erit aptus hylech. siue signa sint  
 masculina siue feminina. Et si fuerit in ascendente vel in .2. domo in signo ma-  
 sculino erit aptus hylech in feminino vero no. Si vero luminaria non fuerit  
 apta ut sint hylech aspiciemus virum coniunctio precessit natiuitatez vel oppo-  
 sito: qd si precessit coniunctio aspiciemus gradum coniunctionis: scilicet illum  
 gradum in quo luminaria fuerunt coniuncta ante natiuitatez: et si inuenimus ip-  
 sum gradum in aliquo quattuor angulorum vel in aliquo succedentium accipiemus  
 ipsum pro hylech. Et si non inuenimus ipsum in aliquo angulorum neq; succe-  
 dentium. Debemus aspiciere ad gradum partis fortune qui si fuerit in aliquo an-  
 gulozū vel succedentium debemus ipsū accipere pro hylech. Si vero non fuerit  
 in aliquo horū locozū debemus vltimo accipere gradum ascendentez natiuitatis.  
 Si autem oppositio precessit natiuitatez debemus aspiciere ad gradum opposita  
 sicut dictum est de gradu coniunctionis et postea ad partem fortune et vltimo ad  
 gradum ascendentez natiuitatis: nec oportet in gradu coniunctionis vel preven-  
 tionis vel partis fortune aspiciere virum signa sint masculina vel feminina. Et  
 sic patet qd sol potest esse hylech in die et nocte super terraz et sub terra in .11. lo-  
 cis. Potest enim esse super terram hylech in sex locis et sub terra in .5. Et luna  
 sicut potest esse hylech in .11. locis. Potest enim sub terra esse hylech in sex locis  
 et super terram in .5. Si autem luna in aliquo predictozū locozū fuerit combu-  
 sta sub radijs solis non erit apta hylech. Et cum fuerint domus equate secundum  
 doctrinam traditam in canonibus astrorabij et tabularum primi mobilis om-  
 nis planeta qui fuerit ante ascendens vel ante principium alicuius alterius do-  
 mus per quinq; gradus vel infra erit fortitudo eius valida in domo que succe-  
 dit. Et omnis locus ex locis predictis non potest esse hylech nisi aspiciat eum  
 aliquis planeta habens dignitatez in loco illo: scilicet qd sit dominus domus vel do-  
 minus exaltationis aut triplicitatis aut termini aut faciei. Tota sententia littere  
 potest reduci ad pauca verba. Quinq; sunt loca a quibus recipitur hylech id est  
 significatoz vite que sunt hec: sol: luna: gradus coniunctionis vel preventionis:  
 pars fortune gradus ascendens natiuitatis. Si natiuitas fuerit in die incipien-  
 dum est a sole. Et si non fuerit in locis aptis secundum qd predictum est recipien-  
 da est luna. Et si non fuerit apta recipiendus est gradus coniunctionis vel pre-  
 uentionis qui si non fuerit aptus recipienda est pars fortune. Et si non fuerit  
 apta recipiendus est gradus ascendens natiuitatis. Dicit Ptolemeus qd hy-  
 lech nunq; debeat accipi ab aliquo loco existente sub terra. Dicit enim et con-  
 uenit ut non operemur in re tam nobili sicut ista per id totum quod est sub terra  
 sed semper per id quod ascendit et apparet super terram. Nec conuenit nos  
 operari per signum quod ascendens non aspiciat nec per signum quod ascendit ante  
 ascendens quod dicitur domus laboris id est domus .12. quia est cadens ab angu-  
 lo et plus etiam: quoniam fumositates que eleuantur ab humoribus terre turbant vir-  
 tutem eius que venit ab ea ad terram cum spissitudine ac lugubritate sua: et dam-  
 nant eam propter quod apparent colores et magnitudines stellarum existentium in  
 hac domo alterius maneriet quod sint per naturam eorum. Paly Abenragel dicit fa-  
 pientes in hoc sunt plurimum discordant: tamen id in quo maior pars eorum con-  
 uenit

60.  
cordat est q̄ incipiunt p̄mitus in natiuitatibus diurnis a sole z incipiunt si est  
in aliquo anguloꝝ vel succedenti z in signo masculino z in q̄rta masculina z  
aspekerit aliquā dignitatū suarū erit ipse hylech: z si ita non fuerit nec aspeke-  
rit aliquam dignitatū suarū non erit ipse aptus pro hylech: z p̄quires tūc hy-  
lech: a luna z si eam inueneris in angulo vel in succedenti z in signo femini-  
no z in quarta feminina z aspekerit aliquam dignitatū suarū accipe eā pro  
hylech alioquin non erit apta: tunc aspice natiuitatem si fuerit coniunctio-  
lis accipe hylech a gradu ascendente: z si dominus aliquis habens ibi aliquā  
dignitatem aspekerit gradum illum accipies eum pro hylech. Et si ascendens  
non fuerit aptum pergras hylech a parte fortune. Et si pars fortune non fue-  
rit apta perquiras hylech a loco cōiunctionis vel oppositionis precedētis na-  
tiuitatem. Et si non fuerint apti natiuitas non habebit hylech. Et oportebit te  
necessario reuerti ad dirigendum per athazir loca hylech ad loca fortunū  
z ad radios earū z ibi inuenies locum finis. Et si natiuitas fuerit nocturna  
perquiras p̄mitus hylech a luna sicut incepisti p̄quirere de die a sole. Et si eā in-  
ueneris in angulo vel in succedenti in signo feminino z in q̄rta feminina z as-  
pexerit aliquam dignitatum suarū ipsa erit hylech. Alioquin perquiras hy-  
lech a sole z si eum inueneris in angulo vel in succedenti in signo masculino:  
z in quarta masculina z aspekerit eum habens dignitatem ibidez accipias eū  
pro hylech alioquin non erit aptus. Et tunc si natiuitas fuerit p̄uentiōalis per-  
quiras hylech a parte fortune sicut p̄quisuisti a luna z sole. Et si pars fortune  
non fuerit apta p̄quires hylech a gradu ascendente. Et si aliquis eoz non fue-  
rit aptus p̄ hylech perquiras hylech a gradu p̄iunctionis vel p̄uentiōis pre-  
cedētis natiuitatem. Et si fuerit in angulo vel in succedenti: z fuerit aspectus ab  
aliquo habente ibi aliquas ex quibz dignitatibus accipe eum p̄ hylech. Et quā-  
do sol fuerit hylech z non habuerit alcochodē pergras hylech a gradu lune.  
z si ille. i. gradus lune fuerit hylech z non habuerit alcochodē perquiras hy-  
lech a gradu ascendente si natiuitas fuerit cōiunctionalis: z si gradus ille fue-  
rit hylech z non habuerit alcochodē perquiras hylech a parte fortune. Tamē  
si natiuitas fuerit p̄uentiōalis incipe p̄mitus a parte fortune: z si fuerit hy-  
lech z non habuerit alcochoden aliquis eoz p̄quires hylech a gradu coniun-  
ctionis vel oppositionis antecedētis natiuitate: z si nullus eoz habuerit alco-  
choden quoniam natus non habuit hylech nec alcochodē est significatio vi-  
te hac durabilitatis modice. Et scias q̄ in hylech qui p̄quirat ab ascendente z  
a parte fortune z a gradu cōiunctionis vel p̄uentiōis nō aspiciunt masculini-  
tas nec femininitas signoz neq; quartaz. Et dicit maior pars sapientum q̄ lu-  
na in tertia domo apta est ut sit hylech: quia gaudet in ea z dicunt similiter q̄  
soli in nona domo conuenit esse hylech quia gaudet ibidem. *Debetur annorum*

**¶ De hoc alcochoden.** In hoc capitulo docet au-  
tor eligere alcochoden q̄  
est dator annorum vite. Sententia littere est talis cum uolueris scire  
quis planetarum est dator annorum vite debemus aspiciere quis planetarum  
habeat plures dignitates siue fortitudines in loco hylech. Verbi gratia: si sol  
fuerit hylech debemus respicere planetam fortiozem in loco solis. Et si luna  
fuerit hylech debemus respicere fortiozem in loco lune z sic de alijs locis in-



bus dat annos suos medios, z qñ in cadentibus dat annos suos minores nec  
dat melioramentū alicui succedentū super alium z est error. **Dicit haly aben**  
**ragel.** scias q̄ de secretis coopertis z signalibus celatis huius scientie est quā  
do alcohoden fuerit in gradu decime domus dat annos suos maiores. **Et**  
quando fuerit in gradu vndecime domus dat annos suos medios. **Et quan**  
do remouetur ab vno istorum duorum locorum z vadit ad aluz aspice quot  
gradus sunt ab vno ad alium z diuide per eos annos qui sunt inter annos  
maiores z annos medios. **Verbi gratia:** pono q̄ gradus. 10. domus sit ter  
tius gradus piscium: z pono q̄ venus sit alcohoden z sit in. 13. gradu piscium:  
est ergo elongata a puncto. 10. domus per. 10. gradus. z pono q̄ a principio.  
10. domus vsq; ad principium. 11. sunt. 30. gradus. **Scio** q̄ si esset in principio.  
10. domus daret annos maiores qui sunt. 82. **Et si esset in principio. 11. domus**  
daret annos suos medios qui sunt. 45. nunc autem in neutro horum duorum  
punctoꝝ est. subtraham ergo. 45. annos: scilicet medios ab annis maioribus  
scilicet. 82. z remanēt. 37. anni quos multiplicabo per distantia veneris a prin  
cipio decime domus z prouenient. 370. z diuidam per. 30. scilicet per longitu  
dinem inter decimam domus z vndecimā z exibunt. 12. anni z remanent post  
diuisionem. 10. que multiplicabo per. 12. z diuidam per. 30. z exibunt quattuor  
menses: subtraham ergo. 12. annos z quattuor menses ab annis maioribus ve  
neris z remanebunt. 69. anni. z. 8. menses: z erunt anni quos dat venus in tali  
casu. **Istud exemplum poteris applicare ad alios angulos z domos.** **Dicit ha**  
**ly abenragel** quando alcohoden fuerit combustus z ipse iens ad solem ita  
q̄ non appareat perdit totum datum suum. quia quando est in hoc statu non  
dat nisi dies vel horas vel res que nomen non habent. z terminus combustio  
nis est iste. **Postq̄ saturnus** fuerit occidentalis a sole z sol fuerit ad eum z fue  
rint inter eos. 15. gradus donec remāserit z orientalis fuerit z fuerint inter eos  
decem gradus completi. **Et iupiter** illud idem. **Mars** tamen postq̄ inter eum  
z solem in occidente fuerint. 15. gradus quousq; sit orientalis z inter eos sin  
nouem gradus. **Mercurius** tamen facit facta sua z dat dona sua completa q̄  
diu fuerit directus: dūmodo nō sit appropinquatus soli ad minus de septē gra  
dibus z a septem gradibus vsq; ad. s. dat. nō tamen complete. **Sed a principio**  
septē gradū donec transeat. solem per quinq; gradus perdit suum datum to  
tum. z a quinq; gradibus vsq; ad complementū septem graduum dat modicū:  
verum postq̄ transiit. 7. gradus dat suum datum cōpletū. z hoc idem facit ve  
nus excepto q̄ quando apparet visibiliter ad minus horum quinq; graduū  
dat tunc datum suum cōpletum. **Luna** tamen quādo aplicat soli eundo ad eū z  
fuerint inter eos. 15. gradus debilitatur eius factum z dat modicā rem: scilicet  
dies vel quod huic assimilatur. **Et quando applicauerit soli ad. 12. gradus** per  
dit totum eius datum donec transuerit gradus solis per. 10. gradus z tunc dat  
modicū datū dies: scilicet vel qd̄ ei assimilatur quousq; transuerit solē per. 12.  
gradus z tunc dabit totū eius datum completum. **Casus** autem planete qui  
est contrarius exaltationi aufert mediū dati. z terminus huius casus z ita sol  
cum fuerit in quinto gradu libre quousq; transeat. 25. gradus eiusdem est in ca  
su suo. residuum signi iudicabitur sicut detrimentū. **Saturnus** est in suo casu a  
principio duodecim gradus arietis donec transeat. 26. gradus eiusdem: z res

Anus signi pro detrimento iudicabit. **Jupiter** est in suo casu a quarto gradu ca  
 piteoni vsq; ad cōplementum. 20. graduū. & residuū signi iudicabit sicut detri  
 mentum. **Mars** est in suo casu a pncipio. 19. gradus cācti vsq; ad finē ipsius cā  
 cri. & in pncipio ipsius signi iudicaf sicut detrimento. **Et Venus** est in suo casu  
 postq; transiit terminū. **Jouis** vsq; ad. 21. graduū vrginis. Istud de venere qd  
 dicit non pōt stare nisi intelligas scdm terminos ptolemei. scdm enī terminos  
 illos. 14. gradus vrginis est finis termini iouis. Scdm vero terminos posi  
 tos in alchabicio. non est ita. ibi enim termin⁹ iouis finit in. 21. gradu vrginis.  
**Vel** igit lūera haly est corrupta vel non pōt dictū suum itelligi nisi scdm ter  
 minos ptolemei. **Et mercurius** est in suo casu a pncipio. 8. gradus pisciū vsq;  
 ad cōplētū. 19. graduū ipsius: & in residuo eiusdē signi iudicaf tanq; si esset  
 in detrimento suo. **Retrogradatio** triuz supiozū planetaz a pncipio sue retro  
 gradationis vsq; ad oppositionē solis. i. vsq; ad medium retrogradationis au  
 fert medietatem dati & alia medietas remanet. & qñ transiuerit oppositionem  
 solis aspice quot gradus & minuta ibit retrogradando ab oppositione solis &  
 quot fuerint aspice quam ptem pportioalem hñt ad oēs gradus quos hēt re  
 trogradari ab oppositione vsq; ad directionem & in addas medietati dati & di  
 rigas gradus illos recte cum sis minutis tali modi q; quādo planeta fuerit in  
 pncipio directionis recte dabit recte suū datuz cōpletum. **Dono** in hoc exēplū:  
 pono q; mars fuerit alcochoden & fuerit datum suū totū. 60. anni scdm ppor  
 tionem pū factam inter angulum & succedētem & ponat q; sit ipse retrograd⁹  
 inter medium retrogradatiōis amittit ergo in medio retrogradatiōis sue & añ  
 medium retrogradatiōis medietatē hoz ānoꝝ & remāserūt. 30. anni: & pono  
 q; inierit vltra mediuꝝ retrogradatiōis sue. i. oppōnem solis retrogradando  
 per duos gradus: & pono q; ab oppositiōe vsq; ad directionē debeat ire retro  
 gradando per. 10. gradus multiplicabo igit duos grad⁹ p medietatez dati qd  
 amittit. s. per. 30. ānos & proueniet. 60. q. 60. diuidā per. 10. & exhibūt. 6. āni quos  
 annos addaz medietati dati. s. 30. annis & puenient. 36. āni. hoc eēt datū maris  
 in casu pposito. **Enī Venus & mercuri⁹** postq; glibet eoz incipit retrogradari  
 pdit medietatem dati ei⁹ qd dat qñ est direct⁹. & postmodū aspice quot grad⁹ &  
 minuta sibi remanent vsq; ad occultationē suam recte q̄to plus poteris: q; ve  
 nus forte appēbit existendo iter eā & solē min⁹. 5. gradib⁹. **Et qñ** fuerit appens  
 dabit medium datū nisi apparuit existendo iter eā & solē min⁹. 5. gradib⁹ q; tūc  
 non pdest illi appitio illa in hoc statu. **Postmodū** dirigas illos gradus & mi  
 nuta postq; retrogradari incēpit quousq; occultauerit se subitū & recte & diui  
 das per hoc mediuꝝ dati qd remansit in mō pdicto. q; qñ occultaf totū pdit ei⁹  
 datum sicut pdixim⁹ q; nihil remanet ei. **Et pōt exemplificari** ad similitudinē exē  
 pli dati in retrogradatione triuz supiozū. **Dicit haly** q; iupiter & venus quādo  
 coniuncti fuerint corporaliter vel quādo aspiciunt alcochodē de tertio vel sex  
 tili addunt numero annozum quos dedit alcochoden scdm numerum anno  
 rum suozum numerozum annos vel menses vel dies vel horas iuxta vtutes  
 vel debilitates eozum: & in ambe infortune saturnus & mars qñ iungunt cor  
 poraliter cū alcochoden vel ipsum aspiciūt de opposito vel q̄to minuūt ei nu  
 merum annozum suoz & minorū. **Sed** qñ mercuri⁹ fuerit cum fortunis addenti  
 b⁹ alcochoden addit ipe similiter numeruz annoꝝ suozū minorū: & quādo fue

rit cum infortunis minuentibus alcohoden minuit etiam partem suam z qñ  
mars z saturnus aspexerint de tertio a signis breuiũ ascensionũ aut de sextili  
longarũ ascensionũ minuunt. Et dico qđ sol in quarta z oppositione minuit  
numerũ annorũ suorũ minorũ: z addit de 3. z sextili. Multi ex astrologis anti  
quis z modernis dicunt qđ luna fortunata addit de tertio vel sextili z oēs sapi  
entes huius scientie consentunt qđ qñ natus non habuerit hylech z habuerit  
aliquã duarum fortunarum in ascendente vel medio celi possibile est qđ viuet  
secundum quãtãtatem annorũ minorũ illius fortune que vitaz significauit ni  
si gradus ascendens z luna fuerint infortunati vel fuerit eadem fortuna domi  
na domus mortis: quia tunc significat modicam durabilitatem z vitam.

### **Almutem vero qui preest natiuitati.**

**A**lic auctor docet eligere almutẽ. i. planetã dñatorem in figura a quo  
excipitur esse nati post hylech z alcohoden. Sententia littere est ista planeta  
habens maius dñituz siue plures fortitudines in .s. locis predictis a gbus acci  
pitur hylech que sunt locus solis locus lune locus cõiunctionis vel puentio  
nis pars fortune gradus ascendens ille planeta est almutẽ. i. vincens. Et si ali  
quis habuerit dignitates in fa vel tertia vel pluribus locis ex locis pdictis ille  
est almutẽ. Verbi gra: pono qđ vnus planeta sit dñs ascendentis z dñs termini  
eiusdẽ ascendentis z cũ hoc dñs faciei eiusdẽ. talis planeta haberet in ascẽdente  
.8. fortitudines. z pono qđ alter planeta sit dñs exaltationis ascendentis z dñs  
domus loci solis z dñs triplicitatis partis fortune: talis planeta esset dignior  
almutẽ quam primus: quia habet plures fortitu. lines in locis predictis. Et vt  
abbrevietur sermo coligende sunt fortitudines cuiuslibet in .s. locis predictis:  
z ille eorum qui abundauerit in numero fortitudinum ille erit almutem.

### **Quod Ter hoc profectio in annis natiuita tum atqz mun.**

**Q**uod Ter hoc profectio in annis natiuita tum atqz mun. In hoc. c. docet opus profectiois. idest  
mutationis annorum de vno signo ad  
aliud: z hoc dupliciter. Primo in annis natiuitatum. Secundo in annis ma  
gnarum coniunctionum. Opus in annis natiuitatum est facile z est sententia  
littere talis. cum volueris scire ad quod signuz applicat annus natiuitatis ali  
cuius: vide quot anni perfecti transferint nato z incipies a gradu ascendente  
natiuitatis: z dabis cuiuslibet anno vnum signum: z vbi finitus fuerit numerus  
ibi erit signum profectiois ab ascendente. Verbi gratia: ascendens alicuius  
natiuitatis fuit. 10. gra. arietis in fine primi anni venit profectio ad. 10. graduz  
tauri. In fine secundi anni ad. 10. gradum geminorum: z sic secunduz hunc or  
dinem dando cuiuslibet anno signum vnum vsqz ad complementum. 12. anno  
rum. tunc enim scilicet in fine. 12. annorum reuertitur ad locum radicis. Si au  
tem multi anni transferint nato subtrahẽ a toto numero annorum perfectorum  
qui transferunt nato. 12. quotiens poteris idest diuide per. 12. z numerum qui  
remanet infra. 12. projicte ab ascendente natiuitatis secundum modum prius  
dictum. Verbi gratia: ascendens cuiusdam natiuitatis fuit. 13. gradus virginis  
z transferunt nato. 32. anni solares completi. subtrahaz a. 32. annis. 12. bis z re  
manent. 8. anni completi: dabo ergo primum annum virgini: secundum libere;

tertium scorpionis: quartum sagittario: quintum capricorno: sextum aquario  
septimum piscibus: octauum arietis: veniet ergo profectio ad signum quod suc-  
cedit immediate: scilicet ad taurum ad consimilem gradus gradui radicis: scilicet  
ad. 13. eiusdem. Sicut dixi de gradu ascendente: ita faciendum est de gradu so-  
lis: et gradu lune: et gradu partis fortunæ: et vbi applicuerit annus dñs illius si-  
gni est dispositor illius anni. Et ab illo accipiuntur facta de quibus natus se in-  
tromittet illo anno et fortuna et infortunia que accident sibi illo anno. Auctor  
ponit exempla in littera: ideo non est necesse multum insistere exemplis. Dein  
de dicit auctor cum profectio anni peruenerit ad aliquem gradum alicuius si-  
gni et fuerit aliquis planeta vel radij alicuius planete post ipsum gra. in eodem  
signo vel in eadem domo in figura et volueris scire quando peruenerit profe-  
ctio ad ipsum planetam vel radios eius: vide quot gradus et minuta sint inter  
gra. ad quem peruenerit annus et ipsum planetam vel radios eius et multiplica  
illos per. 2. et sextam vnus. hoc est dicere dabis cuilibet gradui. 12. dies et sex-  
tam partem vnus et proueniet tibi dies qui sunt a principio illius anni vsq;  
ad tempus in quo profectio peruenerit ad planetam vel eius radios. Ratio au-  
tem quare cuilibet gradui dantur. 12. dies: et. 6. vnus est: quia hoc modo in si-  
ne anni completur vnus signus. Si enim multiplicaueris. 30. gradus per. 12.  
et sextam vnus proueniet. 365. dies qui sunt dies vnus anni. Dicit Ptoleme-  
us in propositione. 236. parte quadrupartiti sui. et sciemus dispositione  
facti annorum accipiendo numerum annorum natiuitatis: et projiciemus eos  
a quolibet loco zodiaci secundum ordinationem signorum vnicius  
signo annum et accipiemus dispositorem signo in quo applicat numerus gra-  
duum. Idem Haly in commento dicit quod in hoc dicto vult narrare Ptole-  
meus quod quodlibet signum disponit in anno vno: et sic ibi signi reuolutio  
in quo est significator quibuslibet. 12. annis vna vice vsq; ad finem vite: et hoc  
sciunt in omnes astrologi.

**P**rofectio autē ex annis mundi. *Hic do-  
cet opus*  
profectionis in annis mundi. Sententia littere est talis. Cum volueris sci-  
re applicatione annorum alicuius secte vide quot transierint anni solares com-  
pleti a principio illius anni in quo fuit magna coniunctio que significauit illam  
sectam: et diuide illum numerum annorum per. 12. et numerum qui remanserit in-  
fra. 12. projice ab ascendente illius anni in quo fuit coniunctio et vbi applicue-  
rit numerus ibi est signum profectionis. Auctor ponit exemplum in littera de secta sar-  
racenorum. i. machometi: et dicit quod inter annum coniunctionis que significauit lege  
illa et annum apparitionis machometi. s. in quo incepit predicare fuerunt. 61. anni.  
Alia littera h3 52. anni. Ego credo quod debet esse. 52. anni: et. 57. dies alioquin non  
concordabit cum illo quod dicitur postea. et ascendens anni in quo fuit illa coniunctio fu-  
it signum geminorum et prouenit ille annus in quo incepit predicare ad signum vir-  
ginis: scilicet ad signum illius planete qui fuit dominus ascendens anni coniun-  
ctionis. Si enim subtrahantur a. 51. 12. quotiens poterit remanent. 3. detur ergo  
signo geminorum primus. scilicet cancro. tertius leoni. et sic annus in completus  
qui fuit positus in numero peruenerit ad signum virginis. Non est nobis ma-  
gna cura quot anni fuerunt ab anno illius coniunctionis vsq; ad primum an-



proijce a leone. vult dicere quod cōiunctio iouis & saturni in principio annorum  
 perferam fuit in triplicitate equatica & post principium annum p̄sazum per  
 quos ipsi computabant per. 176. annos mutauit se coniunctio ad triplicitatez  
 igneaz: id iubet subtrahere ab annis p̄saz. 176. annos & remanēt āni q̄ trāse  
 runt ab anno mutatiōis p̄uictiōis ad triplicitatem igneā & iubet eos ānos q̄ re  
 manent vertere in annos solares q̄ p̄fici nō h̄nt b̄xestū: & āni solares h̄nt: p̄fe  
 ctio aut̄ fit s̄m annos solares: & iubet p̄icere a leone: q̄ s̄m ipsum leo fuit ascē  
 dens in anno mutatiōis cōiunctiōis ad triplicitatem igneam. ex quo vide  
 tur quod auctor iste fuit & composuit hunc librum in tempore quo coniunctio  
 fuit in triplicitate ignea. nunc autem hęc coniunctio est in triplicitate aerea.  
 ideo ponam exemplum de triplicitate in qua nos sumus. Cum volueris scire  
 profectiōem ab anno mutatiōis coniunctiōis iouis & saturni ad triplicita  
 tem aeream subtrahē ab annis christi. 1324. annos & 71. dies & 20. horas tāiuz  
 enim tempus transiit a principio annorum x̄pi vsq; ad principium annorum  
 mutatiōis coniunctiōis ad triplicitatem in qua nos sumus: & residuum pro  
 iijce a 13. gradu tauri. ille enim fuit ascendens anni supradicti: & vbi perduxerit  
 te numerus ibi erit profectio anni. Verbi gratia: anni christi sunt numero.  
 1330. completi: & 22. dies ab illis subtraham. 1324. annos & 17. dies. & rema  
 nerit. 5. anni perfecti & 316. dies anni imperfecti: dabo primum annum tauro  
 incipiendo a 13. gradu eius s̄m signo geminorum incipiendo a 13. gra. eius  
 tertium cancro. quartum leoni incipiendo a 13. gradu eius. quintum virgini  
 incipiendo. a 13. gradu eius. venit ergo profectio. 6. āni mūdum perfecti ad li  
 bram ad 13. gradum. Et si volueris gradum in quo est profectio diei vltimi ex  
 diebus qui transierunt de anno imperfecto multiplica numerum dierum anni  
 perfecti per. 30. & productum diuide per. 365. & numerus quotiens erit gra  
 dus. Si autem aliquid remanserit post diuisionē multiplica illud p. 60. & diuide  
 p̄ idē quod prius & numerus quotiens erit minuta. verbi gratia. in p̄posito exē  
 plo remanserunt de anno imperfecto. 316. dies quos multiplicabo per. 30. &  
 proueniet. 9480. quem numerum diuidam per. 365. & exibunt. 25. gradus & re  
 manent post diuisionem. 355. que multiplicabo per. 60. & proueniet. 21300. &  
 diuidam per. 365. & exibunt. 58. minuta addam ergo super. 13. gradum libe. 15.  
 gradus & 58. minuta & proueniet numerus vsq; ad 8. gradus & 58. minuta scor  
 pionis: ibi ergo nunc est profectio ab ascendente anni mutatiōis coniunctio  
 nis ad triplicitatem aeream.

*Significator ad quolibet loco or*

**¶ Ter hoc directio.** In hoc capitulo auctor docet diri  
 gere significatorem quemlibet ad  
 quemlibet locum circuli. Intelligenduz est primo quod directio siue  
 dirigere significatorem ad quemlibet locum circuli nihil aliud est quam inue  
 nire gradus equinoctialis qui reuoluuntur a loco significatoris vsq; ad locum  
 ad quem debet dirigi. Si locus significatoris fuerit in medio celi vel in angu  
 lo terre tunc dirigere est inuenire gradus equinoctialis qui reuoluuntur a lo  
 co significatoris vsq; ad locum quem debet dirigi in orizonte recto. Si autem  
 fuerit in ascendente vel in occidente tunc est inuenire illos gradus in orizon  
 te obliquo. Si autem non fuerit in aliquo horum locorum tunc accipiuntur

ascensiones mixtim scilicet miscendo ascensiones circuli directi cum ascensionibus regionis: proportionaliter tamen secundum distantiam loci significatoris ab angulis: et gradus directionis quandoque significant annos quandoque dies quicunque alia tempora. In natiuitatibus quilibet gradus significat annum. In reuolutionibus annorum mundi et natiuitatum quilibet gradus significat diem. Et quidam voluit quod in reuolutionibus annorum. 59. minuta et .8. scilicet motus solis in vno die significant vnum diem. In coniunctionibus solis et lune et in oppositionibus secundum quosdam quilibet. 13. gradus. 10. minuta scilicet quantum luna movetur in die per medium cursum significat dies. Cum ergo volueris significato rem aliquem dirigere ad quemcumque locum circuli si significator ille fuerit in gradu medij celi vel in angulo terre subtrahere ascensiones circuli directi gradus significatoris ab ascensionibus circuli directi loci ad quem vis dirigere et remanet gradus directionis. Si vero significator fuerit in ascendente aut occidente subtrahere ascensiones circuli obliqui gradus significatoris ab ascensionibus circuli obliqui ad quem vis eum dirigere et remanet gradus directionis. Exemplum quando est in medio celi. Pono quod luna sit in medio celi in .5. gradu aquarii et pono quod radij oppositi saturni sint in .6. gradu piscium. Pono quod vellem dirigere lunam ad radios oppositos saturni. Quæsiui igitur ascensiones gradus lune in circulo directo et inveni. 37. gradus. 23. minuta. Quæsiui etiam ascensiones sexti gradus piscium ubi sunt radij oppositi saturni in eodem circulo directo et inveni. 67. gradus. 48. minuta. Deinde subtraxi ascensiones lune ab ascensionibus radiorum saturni et remanserunt. 30. gradus. 25. minuta. illi essent gradus directionis in hoc casu. Exemplum quando est in ascendente. Pono quod luna sit in eodem .5. gradu aquarii et radij saturni in .6. piscium. Quæsiui ascensiones gradus lune in circulo obliquo in regione cuius latitudo est. 48. graduum. et inveni. 330. gradus. 22. minuta. Quæsiui etiam ascensiones sexti gradus piscium et inveni. 348. gradus. 31. minuta. subtraxi ascensiones lune ab ascensionibus gradus radiorum saturni et remanserunt. 18. gradus. 9. minuta illi essent gradus directionis in hoc casu. hoc eodem modo dirigitur gradus ascendens ad quemlibet locum circuli. Si vero significator dirigendus fuerit sexta hec loca tunc si fuerit in ter medium celi et ascendens vide distantiam eius a medio celi subtrahendo ascensiones gradus medij. circuli in circulo directo ab ascensionibus gradus significatoris quam distantiam serua. Deinde scias medietatem arcus diurni gradus significatoris per modum dictum in capitulo de radiatiōibus et serua eam. Deinde subtrahere ascensiones circuli directi gradus significatoris ab ascensionibus circuli directi loci ad quem vis eum dirigere et quod remanserit erit significator circuli directi serua eum. Deinde subtrahere ascensiones gradus significatoris in circulo obliquo ab ascensionibus loci ad quem vis eum dirigere in eodem circulo obliquo et quod remanserit est significator regionis. Deinde subtrahere significatorem minorem de maiori et diuam multiplicare per distantiam ab angulo medij celi et productum diuide per medietatem arcus diurni et pueniet pars proportionalis quæ adde super significatorem circuli directi si fuerit minor significatorem regionis: vel subtrahere si fuerit maior et quod puenit erit gradus directionis. Si autem velles dirigere contra successione signorum sicut dirigunt partes et planete retrogradi. scilicet procedendo ab ascendente versus medium celi tunc debes ac

cipere distantiam significatoris ab ascendente per ascensiones regionis et de-  
 bes addere partē proportionale dñe duoz significatorū sup significatorē regio-  
 nis: si ille erit minor significatore circuli directi aut subtrahere ab eo si eēt ma-  
 ior: in alio nō differt opus. Si aut significator dirigēdus fuerit iter ascēdēs et an-  
 gūlū terre: vide distantia gradus signōris ab ascēdēte subtrahendo ascēdētes  
 grad⁹ ascēdēns regionis ab ascēdētib⁹ grad⁹ significatoris regionis et serua  
 distantia. Deinde scias medietatē arcus nocturni grad⁹ significatoris p modū di-  
 ctū in ope radiationū quā ēt serua. Deinde subtrahē ascēdētes gradus signifi-  
 catoris in circulo obliquo ab ascensionib⁹ loci ad quē vis eū dirigere in eodē  
 circulo obliquo et quod remāserit est significator regionis quē serua. Deinde subtra-  
 hē ascēdētes gradus significatoris circuli directi ab ascēdētib⁹ circuli directi  
 loci ad quē vis eū dirigere et quod remāserit erit significator circuli directi. Deinde  
 subtrahē minozē de maiori et remanebit dñia duozū significatorū: quā multipli-  
 ca distantia gradus significatoris ab ascēdēte et pductū diuide p medietatē ar-  
 cus nocturni grad⁹ signōris et proueniet pars proportionalis quā adde signōri  
 regionis si fuerit minor signōre circuli directi: vel subtrahē a signōre regionis  
 si fuerit maior signōre circuli directi: et post additionē: vel subtractionē prouene-  
 rit sunt gradus directionis. Si vero uolueris dirigere cōtra successionē signo-  
 rus: procedēdo ab angulo terre versus ascēdēns: tunc debes accipere distā-  
 tias signōris ab angulo terre per ascēdētes circuli directi et multiplicare illā p  
 dñias duozū significatorū et diuidere p medietatē arcus diurni ut prius dictū est  
 et partē proportionale debes addere ad significatorē circuli directi si fuerit mi-  
 nor signōre ragionis. Vel subtrahere si fuerit maior in alio nō differt opus. Si  
 aut significator dirigendus fuerit inter angulū terre et gradū occidentis ope-  
 rari debes cū gradu opposito significatoris et eū gradu opposito loci ad quem  
 vis eū dirigere et p distantia gra. oppositi significatoris a medio celi: et p medie-  
 tates arcus diurnū gra. oppositi significatoris gra. enim oppositus signifi-  
 catoris tñ distat a linea meridiana quātū gra. significatoris ab angulo terre: et me-  
 dietas arcus diurni gra. oppositi est tanta q̄sta est medietas arcus nocturni si-  
 gnificatoris. et est tunc idē opus quod fuit inter mediū celi et ascendens. Si vero  
 signōr dirigendus fuerit iter angulū occidentis et mediū celi debes operari sicut  
 p gradū oppositū significatoris et p distantia eiusdē ab ascēdēte et p medietatē  
 arcus nocturni eiusdē gradus oppositi et p gradū oppositū loci significatoris  
 ad quē dirigendus est: et est eiusdē operatio sicut fit inter ascendens et angulū  
 terre. Si vero cōtingat quod significator dirigendus sit in vna quadra et locus ad  
